
EX LIBRIS
W.G. LENNOX.
ROGER B. JAMESON

12.12.5

E1.01

BOSTON
MEDICAL LIBRARY



IN THE
Francis A. Countway
Library of Medicine
BOSTON

1240

Ex Libris
Woollaston
Junij. 98.

Ex Dono
ex Bibliotheca Viri Doctissimi
Johannis Friend. M. D.

BOSTON
MEDICAL LIBRARY
IN THE
Francis A. Countway
Library of Medicine
BOSTON

HIPPOCRATIS
OPERA OMNIA
græc: et lat:
LUGDUNI BATAVORUM
Apud Gaasbeeckios A. 1665.

MAGNI HIPPOCRATIS COI OPERA OMNIA.

GRÆCE & LATINE

EDITA,

Et ad omnes alias Editiones accommodata.

Industriâ & diligentiâ

JOAN. ANTONIDÆ VANDER LINDEN,

Doct. & Professoris Medicinæ Practicæ primi in Academia Lugduno-Batava.

VOLUMEN PRIMUM.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud DANIELEM, ABRAHAMUM & ADRIANUM à GAASBEECK.

CIↃ IↃC LXV.

HIPPOCRATIS

COI

OPERA OMNIA

GRÆCE & LATINE



Ampliſſimo, Prudentiſſimoque Viro,

D. D. NICOLAO TULPIO,
Amſtelædamenſis Reip. Ex-Conſuli & Senatori, nunc verò Illuſtr. & Præpot. D.D. Holl. Weſt-Friſiæque Ordinum Delegatorum Collegio adſcripto.

UT ET,

Clariſſimis, Spectatiſſimis, Expertiſſimiſque VIRIS,

D. D. FRANCISCO DE VICQ,
Collegii Medici h. t. DECANO,

D. D. ARNOLDO THOLINX,
Cauſarum, ex bonis quæ non ſolvendo, Judici.

D. D. GUILIELMO PISONI,
Coll. Med. Præfecto,

Medicis Practicis Excellentiſſimis,

Dominis, Fautoribus & Εὐεργέτῃς ſuis perpetuo obſequio venerandis, colendis,

Hunc Parentis ſui poſthumum laborem

Dicat Conſecrat & Offert

HENRICVS ANTON. VANDER LINDEN,
JOAN. FIL.

Ampliſsimi, Clariſsimique

V I R I,

MAGNA & ineffabilis eſt æterni Dei erga genus humanum bonitas & munificentia. Poſtquam enim infelices parentes noſtri protoplaſtæ, infelici comeſtione fructus vetiti, ſe omneſque ſuos poſteros juſtiſſimæ ſummi Numinis iræ obnoxios reddidiſſent, ac præter alia innumerabilia mala, (heu quantam!) morborum Iliadem cervicibus ſuis ſuperinduxiſſent; clementiſſimus Iſraëlis Medicus eorum calamitatum miſertus, omnis generis pharmaca non ſolum è terra creare perrexit, ſed & horum accuratam adminiſtrationem, qua amiſſa ſanitas

nitas reſtaurari poteſt, homines docuit. Sanitatis autem ea eſt excellentia, ut omnia quæ hominibus obtingere poſſunt bona, æſtimentur viliſſima, abſque ea ſi ſint: ita ut nullus vel uſus vel utilitas ſit divitiarum, ſive corporis, ſive cujuſcumque alterius rei, citra ſanitatem; quaque ſine ſi vita eſt, tantum non mors eſt. Et certe nihil eſt, quo propius accedere ad Deum datur, quàm ſanitatem hominibus dando. *Medicina ergo omnium artium præſtantiſſima eſt.* Verum propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quod tales pro Medicis judicat & habet, jam eo res devénit, ut omnium artium viliſſima cenſeatur. Vulgus quidem non poteſt non amare tales, cum ſimilitudo mater ſit benevolentiæ, conſuetudinis & familiaritatis conciliatrix, ut ſcilicet ſimiles habeant labra lactucas. Cum autem ſæpius errando *fama-Medici* (ut eos ſcite appellat Cous) exiſtimationem tandem amittere incipiant, fatuum vulgus idem fert judicium de doctis, eoſque eodem loco habet, atque ita nobi-

lissima ars vilescit & immerenter damnatur. Supina illa ignorantia in arte, nisi vehementer errem, non est aliunde arcessenda, quam à neglecta librorum Hippocrateorum lectione. Dolendum sane, & serio deplorandum, tam negligenter tractari scripta tanti viri, quem dici non potest, quam inæstimabili nostro bono Divina providentia atque benignitas dederit nobis, & in hunc usque diem servaverit. Certe non est verisimile, quum Deus donum illustre dederit mundo, & ingenium magnum excitaverit ad salutarem artem investigandam, & ejus pleraque utilissima dogmata gentibus lingua, (quam omnibus discere promtissimum est) pandendum; eum approbare neglectum tanti doni, & quovis tempore cuivis velle dare, ut novam artem suo Marte construat. Nonne igitur necesse est adire hos fontes, exque illis potiùs haurire aquam limpidissimam, quã rivulos graveolenti variarum opinionum cœno turbidissimos consectari? Certe indubitatus & omnium calculo probatus ser-

mo

mo est: *Purius ex ipso fonte bibuntur aquæ* Quæ ergo malum! ista dementia est, nolle sequi eum, quo certiorem sibi ducem legere in Medicina potest nemo: quemadmodū qui medicinam post ipsum fecerunt, & hujus divini doni participes fuerunt, prudentissimi omnes libenter fassi sunt. Quisquis itaque, spreto Medicinæ Parente, artis deformatores admiratur & colit, inevitabili necessitate in mare funestorum errorum præceps fertur. Omnium certe consensu omnis boni in Medicina auctor est Hippocrates, sed quotusquisque est qui eum sibi imitandum proponat? Reperias licet multos, qui Virum omni laude majorem mirifice laudent, tamen nihil minus agunt, quam ut, quem tantopere extollunt, æmulari studeant. Alii inani metu perculsi, ab ejus lectione abstinent, quorum scilicet animos prava dementavit opinio, quasi βραχυλογία, cujus Hippocrates fuit studiosissimus, obscuritatem secum trahat: cum meminisse eos deceret, quod nullibi veneranda illa πυκνολογία quæri & certius inveniri possit,

quam grato in breviloquio. Et quare incusamus obscuritatem, & non potius nostræ desidiæ litem intendimus? Quia refugimus industriam, non fruimur emolumentis, *Qui è nuce nucleum esse vult, frangat nucem.* Quisquis enim Medicinæ scientiam sibi vere comparare volet, eum Præceptor laboris amantem esse jubet: non Philypnon, sed Philoponum requirit. Si manum admoverimus, quî fieri potest, ut voto nostro non potiamur? nihil quippe tam difficile est, nihilque tam arduum, quin inquirendo, & studii assiduitate, investigari possit: nam, *Labor omnia vincit improbus.*

Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec spoliat favos,
Si fronti caveat, si timeat rubos.
Armat spina rosas, mella tegunt apes.

Nimirum, difficilia quæ pulchra. Minime profecto ferenda est criminatio illorum, qui non verentur divinum Hippocratem, medicorum omnium ac philosophorum primum, imperfectionis arguere. Meruit ille ante multa secula, non solum, dici Pa-

rens

rens medicinæ, ſed etiam is, qui primus perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulerit. Quæ ergo illa invidia eſt, optimum illum Senem de ponte dejicere, illique famam, quam jam tot eruditorum ſuffragiis obtinuit, eripere? Sed barbara ingenia leviſſimis momentis impelluntur ad divini atque incomparabilis Herois obtrectationem. Habet hanc ſortem cum optimis communem. Quis enim tam felix aut ſapiens, qui fuerit ab obtrectatione liber? Maxime huic ſunt obnoxii, qui magni. Petulantiſſimi illi Theones, ut ego quidem judico, ignavum imitantur Heroſtratum, qui celeberrimum Dianæ Epheſiæ Templum ſuis manibus incendit, ut ea re nominis immortalitatem ſibi compararet: ita temerarii hi reprehenſores, ex maledicentia contra columen artis ſibi famam quærunt. *Verum eſt*, (inquiebat meus p. m. Parens) *& grati agnoſcimus, multa nos poſteritati, plurimaque hujus præſertim ſeculi Naturæ Scrutatoribus debere, quæ eſſe ex uſu medicinæ queunt. Verum, inter multiplicem illum profectum,*

ctum, Hippocratis, in tradendis medicinæ præceptis, tum ratione fundata ſoliditas, tum experimentis comprobata veritas, tum linguæ omnibus gratiis exornatæ venuſta gravitas, ſuam facile retinet & retinebit auctoritatem. Et quam verum eſt Cl. Heurnii judicium: *In Hippocrate verborum preſſa proprietas, ſententiarum conciſa ſubtilitas, ſermonis veneranda antiquitas, artificii commendabilis dignitas, in cujus ſcriptis nihil ſuperfluum, otioſum nihil; ſed arguta brevitate rotunda omnia & ſignificantia. ita ut ubertas & amplitudo rerum, verborum numerum longe vincat. Hæc genuina & propria ſunt Hippocrati. cujus tanta fuit benignitas, ut nihil ſciverit, quod nos neſcire voluerit: tanta autem ſolertia & ſapientia, ut nemo poſt ipſum ſciverit, quod ipſe ignoraverit. In eo enim cuncta medicinæ ſemina animadvertas.* Sed deſino plura pro lectione ſummi Viri in medium proferre, cum, qui exactioris ſunt judicii, quibuſque *de meliore luto finxit præcordia Titan*, minime dubitent calculum ſuum adjicere ſponte. Hùc igitur ſemper collimabat deſideratiſſimus Parens meus p. m. tam viva voce, quam

quam ſcriptis ſuis, ut nimirum Auditorum ſuorum animos ad ſedulam admirandi ſcriptoris lectionem excitaret. Juventutis autem induſtriæ conſulere, ejuſque conatus adjutare pro virili cupiens, novam Hippocratis editionem meditatus eſt. Cum enim injuria temporis nobiliſſimus Auctor, etiam poſt tot factas editiones & emendationes, multis in locis deprehenderetur adhuc mendoſus: ne lectores remoram aliquam hac in parte paterentur, adhibitis vetuſtiſſimis manu ſcriptis exemplaribus, quæ ſummo ſtudio ſibi comparaverat, aliquot millena loca reſtituit, quo tandem priſtinus illi nitor, ſi pote, redderetur. Commiſit eum typis, ſed ad finem, quem videre valde deſiderabat, non perduxit. Nam ſub brumæ exitū, triſtiſſimi anni præteriti, ſupremus rerum Arbiter, pro ſua ſanctiſſima & imperſcrutabili voluntate, pientiſſimum Parentem ex hac miſeriarum valle ad beatiſſimas ſedes tranſtulit. Nunc autem, bono cum Deo, ſummâ manu operi impoſitâ, quærendi erant Patroni, quorum

tutelæ

tutelæ partus, patre ſuo orbus, commendaretur. Vos vero, VIRI EXCELLENTISSIMI, ad hanc curam deligere debui, volui. Debui; quia olim in ampliſſima veſtra urbe non ſolum τὸν μαθητὴν habuiſtis per aliquot annos Collegam veſtri amantiſſimum; ſed etiam deinceps, cum illinc ad erudiendam juventutem Dei providentia vocatus eſſet, quouſque fata ſiverunt, coluiſtis amicum fidelem & ſincerum. Volui; quia, quibus majori jure eximii hujus operis deberetur inſcriptio, ignorabam. Ego enim toto feror animo in veſtrorum nominum gloriam, ſi modo is ſum, qui VOBIS, in maximo virtutis & doctrinæ faſtigio diu jam conſtitutis, ad laudem aliquid poſſim adjicere. Suſcipite ergo, VIRI HONORATISSIMI, fœtum hunc recens editum, in quo enitendo Parens ſpiritum efflavit, ac clientelæ Veſtræ commendatum eſſe ſinite. Valete & vivite quam diutiſſime, Patriæ, Rei litterariæ; Veſtroque me favore dignamini, qui

quamdiu

quamdiu mei
Vivam memor, pectusque sincerum geram,
Vos mente fida semper observans colam,
Vesterque dici gloriabor

Dabam Lugd. Bat. 18. Aprilis
cIↃ IↃC LXV.

HENRICUS ANTONIDES
vander LINDEN.

IN



HIPPOCRATIS COI

Genuina effigies ex antiquo numismate græco Constantinopoli reperto

Thevet, pag: 57.

IN

Novam Editionem Operum Magni

HIPPOCRATIS,

Orthodoxorum Medicorum Principis,

à Viro Cl.

JOANNE ANT. vander LINDEN

Eximio Doctore reſtauratam.

Cum Dictatoris ſummi lex myſtica tradat,
Fallere vel falli, grande nefas Medico,
Multa laude librum cumulandum cenſeo, nam qui
Spectat Lindanum, ſpectat & Hippocratem.

GVIDO PATIN, Bellovacus, Doct. Med. Pariſ. & Profeſſ. Regius.

Conſummatiſsimi Parentis gloriosè æmulo Filio,

D.D. HENRICO vander LINDEN,

cum Hippocratem ſollicitâ beati Patris curâ emendatum publicaret.

Aſſere te, Medicum jam longâ ab origine germen,
Cygneumque Patris profer in ora melos:
Suave melos, doctis quod & os titillat & aures,
Anteque Sirenas, Ambroſiamque placet.
Nectar ſuave Diis, & terræ mella colonis,
Suave exſurdatæ lacryma Thuſca gulæ.
Suave coloratus mittit quod ſaccharon Indus,
Suave Calabrini roſcida manna ſoli.
Suavius Antonî ſapit ultima cura cerebri,
Et modulis ultra luſciniam exit olor.
Phillyridum teſtor genios, animaſque Pelaſgûm,
Illa Machaonii prima elementa chori.

* *

Jam

Jam demum Hippocrates proprio exſplendeſcit in oſtro,
Ipſe nitor Grajus, formaque prima redit.
Vere novo brutam ponit cum pelle ſenectam
Anguis, & in juveni veſte volumen agit;
Cous *at in ſquammis tot ſecula dormiit iiſdem,*
Rara avis, exuvias quæ removeret, erat:
Foëſium *ſupra nemo aſſurrexit, at ille,*
Proh ſuperi! quàm infra maſcula cœpta jacet.
Illius à nitidâ vitalior exiit ulnâ,
Spemque reſurgendi ſemineci ore bibit;
Oraculo propior tamen exiit: aſpera multa,
Multa abrupta, ſitu trunca & hiulca vides:
Sed meritò Hippolyti ſe collectore Batavus
Jactitat, Oedipodæ nomina, Linde, *meres.*
Mens immixta Diis, Te per ſine veſte Diana
Cernitur, & Coï quicquid Eleuſis habet:
Pelle novâ in priſcum ſpirarum Epidaurius aurum
Voce tuâ, & calamo ſuppetiante redit.
Quin, niſi ſpe citiùs laceraſſent ſtamina Parcæ
Doctorum Antiquis reddere nata diem,
Ipſo ſe Hippocrates ſapientior îſſet in auras,
Ipſo ſe Celſus celſior uſque foret.
Patris adi plutæos celebrati nominis hæres,
Fac prœli excipiant Dia reperta ſtylum,
Cantemuſque: Pater fuerat cos maxima Coo,
Coſque ſimul Patri maxima Natus erat.

l. m. q. p.

Olaus Borch, Med. Doct. & in Acad.
Hafn. Profeſſ. Regius.

IN

IN

Novam Hippocratis editionem

JOH. ANTONIDÆ vander LINDEN

Viri Cl. Studio adornatam,

ODE.

Morborum dubias quiſquis origines,
Et caſus varios, & medicamina,
Noſtri noſſe cupit munera Cynthii;
LINDANI tumulo purpureas gemens
Inſpergat violas, albaque lilia,
Auditumque procul nomen ad æthera
Certet perpetuis tollere laudibus.
Quem nuper Batavûm terra opibus potens,
Multumque ingenuis artibus inclyta,
Admirata choros inter amabiles
Doctorum, gravido quos alit ubere.
Coi preſſa ſenis dicta recludere,
Curandique vias pandere doctior
Ecquis, moribus aut ſanctior extitit?
Solers quin etiam ſecta refingere
Summi Aſclepiadæ membra habilem in modum,
Quò geſtare ſinu ſit facile omnibus,
Quem vaſto priùs haud corpore mobilem
Servabant plutei; ceu tepidus gravi
Victum membra ſitu lectulus alligat.
Nunc poſtquam ſenium & pondus inutile
LINDANI eximiis artibus exuit
(Vernus ceu poſitis exuviis draco
Segni carcere prorumpit alacrior)
Muſarum exiliet ſedibus intimis,
Quò fors cumque feret, perpetuus comes
Doctorum, irrequies quos amor ingenî
Noctes atque dies ſollicitos tenet.

Singularis amici memoriæ dicabat

 P. PETITVS, Medicus Pariſ.

Εἰς ἀκριβεστάτων, τριζμεγίστου

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ,

μεγίστου Λινδάνου ἔκδοζιν.

Ἱπποκράτης Κῶος πολ' ἐρυσὶ' Ἐρεχθέος ἀστὸς,
Δημοβόρον παύων νοῦσον ὑπισαμένως·
Πλουτεῖ δ' αὐτοὶ σίτηζιν ἐνὶ Πρυτανείω
Ἱπποκράτη χρυσέω δῶκαν ἀνὰ στεφάνω·
Κῶον δ' Ἱπποκράτης σώσας Σωτῆρα Βαζυὸς,
Ἄξιος ὁ τελέθη ἄξια δῶρα φέρων;
Ἄξια δῶρ' οἷον, Μακαρίτης, αἰὲν ἐόντα
Οὐνομά τ' ἠδ' αἶνον, κῆ κλέος ἀθάναλον·
Τοῦτο γὰρ ἐστι γέρας χαριέντων ἐσθλὸν ἱητρῶν,
Φαῦλος ἄγαν χρυσὸς, φαῦλα τραπέζα πέλοι.

ΜΑΤΘΑΙΟΣ ΣΑΑΔΟΣ,
ἰατρὸς Ἀμστελοδαμαῖος.

Ad Cl. Virum

HENR. ANTONIDEM vander LINDEN, JOH. FIL. Med. Doct.

Beati Parentis ſui poſthumum opus edentem.

Acceptam Patri reddis cum fœnore vitam,
Parte ſit extinctus ne meliore caves:
Spirat adhuc certe ſimili Te prole relictâ
Quam vultu Patrem, pulchrius arte, refers.
Extabant alii fœtus, ſervaſſe decorum
Hippocratem, binos ſic periiſſe vetas.
Poſthumus hic lucem, veteri jam pœne ſepulto
Addere cum Patris nomine dignus eras.

Lut. Pariſ. 14. Octobr. LXIV.

L. M. A.

CHR. CONSTANTINUS ROMPF.
Med. Doct.

CELEBERRIMI VIRI,

JOH. ANTONIDÆ vander LINDEN

MEMORIÆ S.

JOHANNES ANTONIDES VANDER LINDEN

MORTUUS EST.

An mortuus?

SI MORI EST QVIESCERE A LABORIBVS, MORTVVS.

SI VIVERE EST FRVI ASPECTV DEI NON MORTVVS EST SED VIVIT.

Vrbi ereptus sed non Orbi ablatus.

VETAT HOC INCLYTA VIRI VIRTVS MENS COELO RECEPTA.

Terra in Terram rediit.

Manet

PIETAS APVD CONSCIOS

MEMORIA APVD GRATOS

FAMA APVD POSTEROS

Anima inter Myriadas sanctorum glorioſè in Cœlo triumphat.

IS NON SEGNI OTIO TORPESCENS OMNES DIES ANNOS HORAS REBVS SEMPER PROFVTVRIS IMPENDIT.

Legit ut intelligeret, scripsit ut legeretur.

Erecturus sibi industriæ, posteris utilitatis, omnibus imitandum monumentum.

NON ARENAS AVT VANA COGITATIONVM, DVBITATIONVM, SVSPICIONVM

Sed marmora materiarum sumpsit

Inscripturus quæperennarent literas non quæ delerentur lituras.

SECVLA ELEGIT VICTVRVS IN SECVLA.

Sempetne dubitantes & Platonicos Mundos instaurantes?

O semper pueri! Hoc Ægyptii ad Solonem, hoc tibi à nostro dictum sit: Quisque scilicet novum sibi mundum, elementa, causas, remedia, morbos, mortes, omnia nova struit: mox destructurus iterum omnia:

Et hoc seculum vocatur.

SED IACES!

ΚΕΙΤΑΙ ΚΑΙ ΠΑΤΡΟΚΛΟΣ

Com-

Commune id tibi cum parvis, medioxumis, magnis.

Sola hæc regula exceptionem non habet

SED IACES IN TVMVLO SALVTIS QVIA DEVM COLVISTI.

IN TVMVLO FAMÆ QVIA VIRTVTEM AMASTI.

Mors nihil abstulit nisi quod suum erat, peritura brevi, mox resurrectura omnia.

ERAT IN TE HOFMANNI ILLVD PENETRANS ET ACVTVM

PERSPICVITAS MONTANI EXPERIENTIA CRATONIS

ET MAIOR COI SENIS CVLTVS QVAM IN FOESIO.

Quanta reconditæ Lectionis Copia!

Nec medicos modo in numerato habebas sed quicquam uspiam eruditi & solidi

sive antiquitas reliquit sive recentior ætas superaddidit.

SCRIPTA MEDICORVM QVOT MILLIA DESCRIPSISTI, TOTIDEM

MENTE PECTORE MEMORIA VSV TVA REDDIDERAS.

Ita aliena legebas diligenter, ut accurate simul intelligeres.

Obscuris & nulli hactenus intellectis fax eras præfulgida:

Omnes dispellebas tenebras luce ingenii & perspicuitate dictionis

RESTITVISTI DIVINO SENI CIRCVITVM SANGVINIS

QVEM INCVRIOSA VETERVM HÆC ÆTAS,

PROH STVPOR!

ALIIS ADSCRIPSERAT

Repererant Margaritam in fimeto ignari à quo recondita fuisset.

Et quid hoc ad illos novos Herostratos?

Maneat illa laus qui primus scripsit Hippoc. Lindano qui primus rescripsit perennis gloria.

TIBI VERO TVMVLTVM ERIGET ACADEMIA

Non Memphiticas Pyramides

QVIPPE SIMPLEX FVIT TVA PROCVL FVCO

PROCVL VANITATE CONVERSATIO.

Non Mausoli luxuriosam molem

MENS TVA ET FAMA TOTO ORBE SPARSA NON CAPITVR ILLO

QVANTVMVIS MAGNIFICO ARTEMISIÆ APPARATV

Non Colossum Rhodium

MAIORA TIBI LABORIOSVM TVVM OTIVM ET HIPPOCRATES

REDIVIVVS PRÆSTITIT.

Studiosa juventus quæ viventem copiosa frequentia coluit eadem sublatum ex

oculis gemebunda sæpè & errabunda quæret.

VTINAM PAREM INVENIAT!

Sed reliquisti quæ absentis vicem fungantur opera tua emenda semper & amanda

IN ILLIS TOTVS QVALIS QVANTVS FVIT LINDANVS SVPEREST.

Pos. G. Hornius.

TYPOGR. LECTORI S.

SISTITUR *tibi, Studioſe Lector, magnus Hippocrates: omnium confeſsione, Medicorum à multis ſeculis parens & princeps. Cujus ſcripta vivere & illuſtrari, & legi & intelligi, plurimum refert: tum, quia plurima humano generi utilia præcepta continent, tum, quia multiplici ſapientia abundant, quæ ſpecimen eſt ejus ſapientiæ, quam Deus gentibus impertivit, per quam non invenerunt Deum. quanquam alii aliis longiùs à Deo receſſerunt. Nam Hippocrates noſter & à Deo & virtutibus ejus cognoſcendis proximè abfuit. Taceo, quantum ſit, eam linguam, per quam Deus nobis poſtremo tempore loqui voluit, etiam hujus Auctoris beneficio illuſtrari. Sed, quod medicinam attinet, quis non videt, quantum munus ſit divinæ benignitatis, quòd, quæ tot ſeculis à viris prudentiſsimis & ſagaciſsimis prolata ſunt in lucem, ea confertim expoſita ſunt Studioſorum oculis, ut tanquam ad epulas paratas veniant; quum priores mira ſolertia, tamen in magna ἀπορίᾳ, ea paullatim colligere neceſſe habuerint. Ea verò negligere, quid aliud eſt, quàm ſeipſum ad priſtinam redigere paupertatem? Nam, qui ſe exiſtimet per ſe inventurum omnia feliciùs, quàm omnes fecerint, quum ars longa ſit, vita brevis, experientia periculoſa, quomodo non deſipere exiſtimabitur? Habeant nova ſuam laudem; ſed & vetera, ſine quibus nova non exſtiterunt. Sed non eget Hippocrates noſtra commendatione, ſi quis veterum, commendatus ab omnibus. At de editione hac, benigne Lector, pauca ſunt, quæ tecum diſſeramus. Formam vides. Ea brevior eſt, quàm earum editionum, quæ præceſſerunt. Quæſitus eſt uſus. Et domi & foris libri exiliores ſunt tractabiliores iis, qui & magnum menſæ occupant ſpacium, & vix tolli poſſunt, & oculis non admoventur commodè. Typi elegantia & claritas ſe ipſa commendat. Qui hanc editionem magno ſtudio & labore, & cum diſpendio valetudinis ſuæ, paravit vir Clariſsimus Jo-*

hannes Antonides vander Linden, nuper Medicinæ Practicæ Professor in celeberrima hac Academia primus, Hippocratis studiosissimus, consilium susceperat, hanc editionem ut pararet, suis aliorumque studiis commodissimam. Libros ordine aptissimo digessit. Eos distinxit in Capita, secutus κῶλα Cornarium ejusque Versionem, utpote doctis familiarem: non quod citra ullam reprehensionis aleam sit, sed ut vetustati hic honos habeatur. Capita rursus in parva tmemata secuit. Hæc distinctio comparata est ad citandi, & citata inquirendi atque inveniendi, facilitatem. Utinam illis, qui auctores bonos primi excuderunt, id venisset in mentem, & doctis hominibus placuisset, quæ citant, notato loco citare; major esset studiorum facilitas & profectûs ubertas. Decreverat vir optimus & boni publici amantissimus imposterum Hippocratem & cum Hippocrate, & cum aliorum doctorum scriptis, & nominatim cum Celso, comparare, majori etiam, quam hactenus fecerat, diligentia, & suas Observationes singulari tomo cum Studiosis communicare. Eam curam & laudem alii relinqui voluit divina providentia. Cæterum, quantum potuit, operam dedit, ut Hippocrates à Studiosis promtissimè legi & intelligi posset. Igitur, quæ ad manum fuerunt, exemplaria, etiam manuscripta, diligentissimè contulit, doctorum animadversiones collegit, &, quæ optima ex iis judicavit, sæpe etiam cum doctis habita consultatione, in textum recepit; interpunctione plerumque sensum aperuit: ex conjectura minimum ausus est. Manuscripta multis pleraque scatere mendis, in confesso est. Ea satis ingenuè repræsentant primæ editiones. Doctis, ea utiles sunt, ut inde judicent, quid legendum sit. Quando igitur boni auctores hoc fato usi sunt, & ita ad nos pervenerunt, ut non sine studio & judicio seu crisi legi possint, necesse est, vel nos eorum pleno fructu carere, vel accuratam & modestam minimeque temerariam in eis restituendis exerceri crisin. Sine cujus ope imperitioribus vetusta exemplaria ferè inutilia sunt. Ideò sint vetusta exemplaria in manu doctorum, iique ex illis, ut ex pulvere aurum, sapientia dicta & sensum auctorum eruant: at codices novi habeant correctionem non audacem, ad intelligentiam tironum. Cæterum nunc res ipsa postulat, ut, non solum Autoris, sed etiam hujus Editionis utilitatem propiùs Lectori patefaciamus. Neque enim credendum

dendum est, Cl. Viri & μακαρίτης hanc fuisse mentem, ut omnes alias Hippocratis Editiones è doctorum manibus excuteret, ut hæc ipsius sola Triumphum ageret; quin potius hoc operæ dedit, ut, qui prioribus editionibus essent instructi (præsertim quibus doctissimorum virorum, Zuingeri, Foësii, Mercurialis, &c. adjuncta erant Commentaria) earum usum sibi redderent facilem & expeditum. Quod sanè inventum Cl. Viri, ut est summè ingeniosum, ita etiam grata mente à Posteris accipi & agnosci par est. Hæc autem sunt, ad quæ attendere oportet eum, qui cum fructu hanc Editionem manibus suis terere voluerit.

Primò, *quia* Theodorus Zuingerus *Basileensis, Anno* 1579. *evulgavit viginti duos Hippocratis libros, Tabulis & Commentariis judiciosissimis (ut loquitur ὁ μακαρίτης noster Physiol. Med. p.* 781.) *illustratos; iccirco, ne illorum usus intercideret, græco textui, ad initium cujusque libri, exterius ponitur numerus, virgulâ subjuncta distinctus à proximè sequenti. Indicat autem ille numerus, qua pagina in editione Zuingeriana incipiat libellus Hippocratis. Qui autem hanc Zuingeri editionem, ut auro contra æstimandam (verba sunt quæ ex ore & μακαρίτης sæpissimè audita sunt) ita quoque rarissimè inveniendam, possidet, illum numeri in textu Zuingeri denotati, ad ejusdem commentarios, Tabulis insparsos, manu ducent. Exemplo res evadet clarior.* Liber primus de Diæta *in hac editione extat p.* 179. *vol.* 1. *apud Zuingerum vero reperitur pag.* 390. Liber de Natura pueri, *in hac Editione incipit p.* 133. *ejusd. vol. in Zuingero autem p.* 150. *Cum verò in pauciss imos libros commentatus sit Zuingerus, ubicunque in hac editione liber occurrit, quem Zuingerus non illustravit, ut est, ex. gr.* liber de Humoribus, *ibi solummodo scriptum est pag.*

Deinde, quia in doctorum manibus passim versatur Editio Græca, quæ Basileæ *prodiit ex officina* Frobeniana *Anno* 1538. *voluit ejus quoque rationem habere Cl. Autor. Eapropter in eodem latere externo sinistrove hæc verba superscripta sunt.* Basil. græc. *Numeri autem subjecti, & quidem majores, paginam denotant dictæ Editionis; minores verò, perque quinarios distributi, respondent paginarum divisioni: quæ tamen licet in exemplari Græco instituta sit per decades, in hac Editione per Pentades facta est, ut facilius, quic-*

quid occurrit, inveniri posſit. Sic ex.gr. liber primus Popularium, *qui in hac Editione extat p.* 653. *in Frobeniana reperitur ſub finem p.*301. *cui numero ſubjectus eſt alter* 45. *denotans, quadrageſimam quintam paginæ regulam illic incipere. Si deinceps vertas paginam, invenies ad latus numerum* 302. *reſpondentem paginæ Frobenianæ. Et, quod monere inſuper neceſſe eſt, in citato noſtri exemplaris loco, h.e. p.*654. *juxta regulam appoſitam numero* 302. *& ante vocabulum χαῦνα, vides virgulam ' ſimplicem: quæ ubicunque occurrit, denotat, à tali vocabulo, quam juxta poſita eſt, incipere Frobeniani exemplaris paginam.*

Tertio, *in medio paginæ, ſub initium cujuſque libri, vides ſcriptum eſſe* Foësius ſect. *Hic eſt ille autor, quo paſsim nunc utuntur, quotquot Hippocratem Græcè & Latinè habere in ſuis pluteis deſiderant, cùm nullum aliud, excepto Hippocrate Mercurialis, ſimile extet exemplar. Foësius autem Hippocratem nova quidem verſione decoravit, & plurimis notationibus variiſque lectionibus illuſtravit, ſed libros Hippocratis diverſimodè in Claſſes ſive Sectiones diſtribuit, præterquam ab aliis factum eſt. Quia autem geminæ extant Editiones una Francofurtana anni* 1595. *quæ paginas numerat ab initio cujuſque ſectionis, adeò ut ubi nova incipit ſectio, ibi novum numerationis fiat exordium; altera Genevenſis Anni* 1656. *quæ continuata ſerie paginas numerat à capite libri uſque ad calcem; proinde duplex quoque numerus appoſitus eſt. Nam ex.gr. pag.*415. *vol.*11. *hujus editionis, extat* liber primus de Morbis mulierum, *in quem Zuingerus commentatus non eſt, propterea que à ſiniſtro latere tantum ſcribitur pag.* 231. *Edit. Frobenianæ: in medio autem habentur hæc,* Foësius ſect. v. 152. *intellige editionis Francofurtanæ, &* 588. *edit. Genevenſis. Quos autem numeros poſitos vides medio inter textum Græcum & Latinum ſpatio, illi inſerti ſunt textui Foësiano, & reſpondent ejuſdem notis, quas ſingulis ſectionibus adjecit. Ut autem Lector unâ operâ cognoſcere poſsit, in quaſnam peculiariter voces Foësius commentatus ſit, ſingulis appoſitæ ſunt geminæ virgulæ " ex gr. in libro* de Affectionibus *pag. noſtra* 161. *apparet Foësium commentatum eſſe in vocem χρὴ deinde in ἢ ἀπὸ τ̃ φλεβὸς. & ſic porro.*

Quarto, *quoniam Hieronymus Mercurialis primus Hippocratem græco-*

græco-latinum edidit Venetiis 1588. *in fol. & novo, sibique peculiari ordine in quatuor Classes digessit, hinc est, quod videamus in externo margine textus Latini, sub initium cujusque libri, appositum esse Numerum Romanum, qui designat Sectionem, & sub eo numerum Barbaricum, qui designat paginam, in qua, apud Mercurialem, Hippocratis libellus reperiri possit. Sic ex.gr. in nostra Editione* liber de Fracturis *reperitur pag.* 708. *vol.* II. *in edit. Basil. Græca idem reperietur pag.* 456. *apud Foësium verò sect.* VI. *pag.* 15. *aut* 750. *in editione autem Mercurialis sect.* I. *pag.* 259. *sub quo numero subducta est virgula, separans & distinguens eum à numeris subjectis.*

Quinto *notandum, prodiisse quoque ex officina Frobeniana Anno* 1546. *Editionem Latinam majusculo charactere, in fol. ex versione Cornarii. Hæc quoque nostræ adaptata est, ejusque paginæ, circa initium cujusque libri, statim transversa virgula* (-) *sunt notatæ. Numeri autem, qui sequuntur, per Pentadas expressi, & sæpe ultra trecentesimum excurrentes, denotant distributionem regularum, non quidem paginæ, sed totius contextus ab initio libri usque ad finem. Licet autem in illa Frobeniana editione Latina (ut factum quidem est in Græca) numeri illi ad marginem appositi non sint, integrum tamen est ei, cui vacat, eos apponere. Præterea, in Latino nostræ Editionis textu è regione numerorum, simplex virgula ' quibusdam vocabulis apposita est, designans ab illa voce regulam in Frobeniano exemplari incipere, ex.gr.* Liber de Vulneribus capitis *in nostra Editione habetur pag.* 687. *vol.* 2. *in Basil. græc. pag.* 445. *in Foësio sect.* VI. *pag.* 172. *aut* 895. *in Mercuriali sect.* I. *pag.* 242. *in Basil. Lat. pag.* 590. *in quâ linea quinta incipit à voce* parum, *decima à* dicendum *& sic porrò. Vnum notare specialiter convenit: quòd in hac editione multi libri in sectiones sunt diremti, qui tamen continuata textus serie in edit. Basil. Lat. scribuntur. ex.gr.* Liber de Locis in homine *incipit in nostra editione pag.* 363. *vol.* I. *in Zuingero pag.* 343. *in Basil. Græc. pag.* 63. *in Foësio sect.* IV. *pag.* 78. *aut* 407. *in Mercurialis edit. sect.* II. *pag.* I. *in Basil. Lat. pag.* 88. *cujus linea* 5. *incipit* magis, 10. statim. *continuantur hi regularum numeri usque ad num.* 320. *quem reperies apud nos pag* 381. *ubi simul vides positum esse numerum Romanum* II. *qui indicat, secundam libri*

de

de Locis in homine sectionem hic incipere, & simul numerationem à principio inchoari. Idem in aliis libris occurret.

Ultimò, *quandoquidem laboriosissimus Foësius edidit* Oeconomiam Hippocratis *Francofuri impressam anno* 1588. *quod est veluti Lexicon præcipuarum atque obscuriorum dictionum apud Hippocratem, quemque utilissimum Laborem ὁ μακαρίτης noster continuare atque augere in animo habebat, ideò voluit etiam, ut novæ huic editioni Oeconomia Foësii usui esse posset. At verò magna se hic obtulit difficultas. Etenim Foësius, ut (quamvis paulo obscurioribus verbis) in præfatione fatetur, citat quidem passim Codicem Græcum Frobenianum, juxta paginarum & linearum seriem: ubicunque autem citat verba librorum Hippocratis, in quos Galenus commentatus est* [*quales sunt* de Natura hominis. De ratione victus salubris. De ratione victus acutorum morborum. Prænotiones. Prædictiones. Aphorismi. De morbis passim grassantibus liber primus, tertius, sextus. De fracturis. De articulis. De Medici Vulnerarii munere. *Qui extant tomo quinto operum Galeni Græcè editorum Basileæ* 1538.] *necesse est Lectorem adire, eaque loca quærere in tomo isto quinto operum Galenicorum: quod opus quia non omnibus in promtu est, ideò dedimus operam, ne quid hac in parte Studiosis Hippocratis deesset. Ex. gr. occurrit in Oeconomia Foësii pag.* 267. *sub litt.* Θ, *vox* θεῖον. *allegat Foësius librum Hippocratis de Natura Muliebri pag.* 213. *l.*40. *Ex indice autem librorum Hippocratis ad calcem adjecto patet, eum librum reperiri in nostra Editione pag.* 358. *vol.* II. *ubi simul reperies, in edit. Græc. Basileensi librum incipere pag.*213. *atque eadem opera, è regione numeri* 40. *vocem illam* θεῖον *scriptam videbis. Cum verò allegatur regula, quæ intra quinarium numerum est posita. ex.gr. pag.*15. *lin.*34. *lib. de Decenti Ornatu: quo loco extat vocabulum* καθαρσίων. *Quæro in nostra Editione, ubi invenio pag.* 15. *Frobenii incipere à verbis* ὃ ἀλέ, *lineam autem* 34. *Frobenianam apud nos incipere pag.* 55. *Oportet autem, propter nostrarum regularum brevitatem, conjectura quadam assequi, quo loco talis vel talis regula, extra vel intra quinarium numerum posita, incipiat. Hanc saltem molestiam cogitur devorare Lector, ut necesse ipsi sit textum Græcum ab uno quinario in alterum legere, donec*

voca-

vocabulum à Foësio in Oeconomia citatum ipsi occurrat. Quod vero concernit voces occurrentes in libris Hippocratis, in quos Galenus commentatus est, in iis inquirendis paulò major est difficultas. Non enim tam præcisè paginarum numerus in nostra Editione potuit iisdem adaptari. Vt autem & hac in parte studium Lectoris juvemus, hoc damus ipsi consilium, donec melius aliquod tempus nobis suggesserit. Primo, ut titulos eorum librorum (sunt enim pauci) memoria teneat, aut saltem eorum brevem Indicem ob oculos habeat. Deinde, recurrat ad Tabellam in fine libri ante Indicem positam, quæ ostendet, quibusnam paginis tomi quinti operum Galeni respondeant paginæ Codicis Frobeniani, & consequenter numeri laterales ad marginem textus Græci extrinsecus in hac nostra Editione appositi, & per πεντάδας distributi. Ex. gr. in tabella habetur.

Hippocrat. de Fracturis.

Frob.	Gal.	
pag.	*pag.*	*lin.*
456. — — — —	526.	penult.
457. — — — —	528.	56.
458. — — — —	533.	13.

quo significatur, lin. penult. 526. item lin. 56. pag. 528. & lin. 13. pag. 537. incipere in Frobenio pag. 456. 457. 458. Quod si illum numerum in nostra editione inquisiveris, idem comperies. Vt autem vox in Foesii Oeconomia citata Lectori occurrat, necesse est ipsum legendo percurrere totam paginam, i.e. à numero nostro laterali 456. legere usque ad num. 457. & sic porro. Hactenus enim præcisè magis id exprimendi, nobis non occurrit ratio: quam ubi invenerimus, Studioso Lectori communicabimus. Vides autem sæpe (& hoc auget difficultatem) uni paginæ Frobenianæ plures Galeni paginas respondere, ut ex. gr. in lib. de Rat. Victus acutorum morborum.

369. — — — —	41. — —	24.
370. — — — —	49. — —	17.
371. — — — —	56. — —	11.

inter pag. 369. & 370. intercedunt octo pag. Galenicæ, inter pag.

370.

370. & 371. *intercedunt paginæ septem. Quicquid igitur octo, & septem illis paginis Galenicis continetur, in una pagina extat Frobeniana. Vt autem Lector sciat hujus differentiæ rationem, eam hanc damus: quia reliquum paginæ in Galeni Editione Bebeliana occupatur à commentariis, ad quos Oeconomia nos nequaquam remittit, ubi verba Hippocratis, in quæ Galenus commentatus est, allegat, sed ad ipsum textum Hippocratis majusculis litteris in dicta editione Galenica expressum. Cætera Lector suo marte haud difficulter inveniet.*

Ferè exciderat, posse quoque hanc nostram Editionem inservire iis, qui Petri Matthæi Pini *Indicem in Hippocratis opera, Venetiis impressum Anno* 1597. *possident. Hic sanè Pinus in Præfatione ad Lectorem non obscure indicat, hunc à se confectum esse, primò ut responderet Operibus Hippocraticis Basileensibus Latinis: deinde, se cogitasse eum ita componere ut aliis quoque Editionibus omnibus adaptari posit. Quamobrem, ait, non paginas operis, sed versus cujuslibet libri se citasse. Sed bonus ille vir, (non malè alioquin de Hippocrate meritus) non animadvertit, nullam Editionem extare, in qua versibus aut particulis Numeri sint adjuncti; quod illi faciendum esset, qui ad dictam Basileensem, aut aliam quamcunque, vellet Indicem Pini adhibere. Deinde, non cogitavit, ab aliis quosdam libros in Sectiones distingui, (quod supra à nobis demonstratum est in monito* Quinto) *quibus tamen sectionum distinctionibus illud Basileense exemplar caret. Nunc vero repertus est commodissimus utendi hoc Indice modus. Qui enim numeri designantur à Pino, illos quærere oportet in Numeris, lateri versionis Latinæ appositis, ibique in textu juxta posito designatus à Pino locus reperietur. Exemplo idem clarum fiet. quære in Pino sub lit. H.* Humiditas alimenti vehiculum. *videbis allegari locum in* lib. de Alim. v. 120. *quære itaque in hac nostra lib. de Alimento pag.* 592. *vol.* 1. *& invenies sub finem libri numerum* 120. *& paulo post eadem verba.*

Mirabitur forsan Lector, quòd tam in Græco nostro textu, quàm Latino, Numeros sibi respondentes inveniat; sed id factum est, partim ut prodesset imperitioribus, qui Græca sine interprete legere haud norunt (Illi enim principium sensus in Græco & Latino sibi invicem respondere

spondere facilè hoc pacto invenient,) partim doctioribus inserviet qui aliquando propiùs locum à se allegatum designare cupient, aut iis, qui notas & commentaria ad Hippocratem aliquando scribere satagent, quod μακαρίτης noster (cujus præmaturam lugemus mortem,) semper in votis habebat.

Ne id quidem latere Lectorem debet, quasdam particulas, quæ in aliis editionibus in alienum locum translatæ fuerant, in hac editione γνησιωτέροις & genuinis restitutas esse. Quæ enim in fine libelli περὶ σαρκῶν *habentur in Frobeniano Codice pag. 43. lin. 30. quorum initium est:* ὁ ὦ αἰών ἐστι, *usque ad finem; ea hac editio habet vol. 1. pag. 312. sub titulo:* περὶ αἰῶνος. *Quæ in Frobeniano exemplari habentur pag. 74. lin. 6. in extremo libri* περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, *inde usque ad libri calcem, in hac editione posita sunt in initio lib. de morbis mulierum vol. 11. pag. 526. Verba sic incipiunt:* αἱ ὑστέραι πάντων τῶν νοσημάτων αἴτιαί εἰσι. *Iterum Frobenius pag. 75. lin. 34. in lib.* περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων *asteriscum * ponit, post quem editio nostra inserit ea, quæ reperiuntur pag. 452. lin. 27. incipiuntque ab his verbis,* ἢ ὀκόζαι μὲν τῶν πολέων, *usque ad lin. 15. pag. 456. quibus præterea immediate subjunguntur, quæ Frobenius habet pag. 451. lin. 37. ab his verbis,* ὅτι τὸ παχύτατον καὶ χολωδέστατον, *usque ad verba* ταῦτα τὰ νοζήματα ἐπιπίπτειν. *Post quæ sequi debent illi textus, qui in Frobenio post asteriscum ponuntur. Ea namque aptiùs repræsentantur vol. 1. pag. 341. in lib.* περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων. *utpote huc magis pertinentia. Quæ Frobenius habet pag. 505. lin. 24. in initio Mochlici ab his verbis incipientia* ὀστέων φύσις *usque ad p. 506. lin. 8. inclusivè; & hæc verba* ἐκπέφυκε καὶ περαίνεται, *ea translata sunt ad principium libelli de Ossium Natura, quem pag. 98. lin. 42. apud Frobenium, in nostra verò editione pag. 294. reperies: adeo ut principium Mochlici incipiat ab his verbis* ἐπεὶ ὦ καλεαγέται. *Sed, quæ in Frobenio habentur pag. 58. lib.* περὶ ὀστέων φύσιος, *in lin. 46. & sic incipiunt,* τὸ ὦ σπέρμα, *ab iis iincipit libellus Hippocratis* περὶ φλεβῶν *seu de Venis in nostra editione inscriptus. Atque hæc sunt præcipuè, quæ possint videri loco mota. Unum superest. Quandoquidem omnes editiones Hippocratis longis vocalibus, ubi id analogia postulat,* τὸ ἰῶτα *non sub-*

ſubſcribitur, ideò id etiam in hac editione neglectum eſt. Infiniti laboris fuiſſet, eum defectum explere, & non neceſſarii. Neque enim ad Hippocratis lectionem accedunt pueri & rudes initiorum linguæ Græcæ.

Atque hæc, Amice Lector, te monendum duximus, ut & Editoris ſtudium juvandi grata memoria & benedictione nominis ipſius proſequaris, & hujus exemplaris uſum luculentum agnoſcens, Hippocratis ſapientia & doctrina affatim fruaris, imò, quantum pote, ex ipſius fontibus deductos rivos uberrimos ad plurimorum utilitatem ſtudio tuo (longè faciliori impoſterum futuro) effundas. Vale, & memoriæ ejus, qui tua cauſa laboravit & ſibi non pepercit, fave.

HIPPO-

HIPPOCRATIS,

Quæ duobus iſtis voluminibus exhibemus,
Alia ſunt

Τεχνικὰ: eaque vel
. liberalia. quæ continent
. . περὶ ἰητρικῆς, de
. . . Arte medicina:
. . . . εἰ ἔστι: DE ARTE. 1.
. . . . πῶς ἔστι: DE VETERI MEDICINA. 14.
. . . Artifice medico:
. . . generatim,
. . . theorice: LEX. 40.
. . . practice: IVSIVRANDVM. 42.
. . . ſpeciatim,
. . . tirone: DE MEDICO. 44.
. . . provecto, quod ad
. . . perſonam: DECENTI ORNATV. 52.
. . . officium: PRÆCEPTIONES. 60.
. . ἀκλεγόμενα
. . univerſalia: APHORISMI. 68.
. . particularia: de
. . Subjecto, ejuſque
. . . ortu,
. . . philoſophice: DE PRINCIPIIS aut CARNIBVS. 112.
. . . medice, ut
. . . in utero
. . . concipitur: DE GENITVRA. 124.
. . . geſtatur DE NATVRA PVERI. 133.
. . . in lucem editur tempore
. . . legitimo: DE SEPTIMESTRI.
. . . νόθον. 165.
. . . γνήσιον. 167.
. . non-legitimo: DE OCTIMESTRI. 175.
. . ſtatu,
. . promiſcue, naturali & præternaturali, DE DIÆTA. I. 179. II. 210. III. 241.
. . diſtincte, tum
. . naturali, quod ad
. . . conſtitutionem, ejuſque
. . . exiſtentiam: DE NATVRA HVMANA. 263.
. . . eſſentiam,
. . . univerſim, & quidem
. . . theorice: DE NATVRA HOMINIS. 284.
. . . practice &
. . . generalius: DE STRVCTVRA HOMINIS. 284.
. . . ſpecialius: DE RESECTIONE. 287.
. . . particulatim,
. . DE CORDE. 289.
. . DE OSSIVM NATVRA. 294.
. . DE VENIS. 297.

*** dura-

. durationem: DE ÆTATE. 312.
Fragmentum ex Philone. 314.
præternaturali, ejusque
affectionibus: DE HVMORIBVS. 315.
causis
. externis: DE AERIBVS, AQVIS, ET LOCIS. 327.
. internis:
DE LOCIS IN HOMINE. 363.
DE FLATIBVS. 399.
DE GLANDVLIS. 414.
signis, in
genere
externis: DE SIGNIFICATIONE VITÆ ET MORTIS. 424.
internis: DE DIEBVS IVDICATORIIS. 432.
specie, & vel
promiscue, quod ad Morborum
. motum: DE IVDICATIONIBVS. 438.
. eventum,
. diexodice:
. . PRÆNOTIONES. 447.
. . PRÆDICTIONES. I. 471. II. 487.
. aphoristice: COACÆ PRÆNOTIONES. 528.
distincte: DE DENTITIONE. 590.
Instrumentis
. diæteticis: DE ALIMENTO. 592.
. pharmaceuticis, tum
simplicibus:
. DE HVMIDORVM VSV. 598.
. DE PVRGANTIBVS. 607.
. DE VERATRI VSV. 610.
compositis:
ANTIDOTVS ex
Actuario. 612.
Nic. Alexandrino. 614.
. chirurgicis: OFFICINA MEDICI. 614.
Fine faciendo: sive de
Sanitate tuenda, vel
. omnium:
. . DE SALVBRI DIÆTA. 626.
. . DE INSOMNIIS. 633.
. unius:
DEMETRII. 645.
ANTIOCHI. 646.
MOECENATIS. 650.
Morbis curandis
promiscue: EPIDEMIA. I. 653. II. 684. III. 712. IV. 742. V. 766. VI. 798. VII. 824.
distincte ac
generatim:

VOL. II.

. DE MORBIS. I. 1. II. 36. III. 96. IV. 120.
. DE AFFECTIONIBVS. 161.

speciatim

speciatim
internis, tum
communibus cuicumque sexui:
DE INTERNIS AFFECTIONIBVS. 198.
DE VICTV ACVTORVM. 268.
DE MORBO SACRO. 324.
DE INSANIA. 345.
DE HÆMORRHOIDIBVS. 347.
DE VISV. 351.
propriis
virginibus: DE VIRGINVM MORBIS. 355.
nuptis, tum
sterilibus: DE STERILIBVS. 615.
fertilibus:
DE NATVRA MVLIEBRI. 358.
DE MORBIS MVLIERVM. I. 415. Notha. 520. II. 526.
DE SVPERFOETATIONE. 645.
DE FOETVS EXSECTIONE. 662.
externis:
DE VLCERIBVS. 664.
DE FISTVLIS. 680.
DE CAPITIS VVLNERIBVS. 687.
DE FRACTVRIS. 708.
DE ARTICVLIS. 756.
VECTIARIVS. 851.
illiberalia: VETERINARIA. 875.
ἔξω τῆς τέχνης: eaque vel
adscripta, & quidem
quasi sua:
EPISTOLÆ. quarum aliæ
de se:
ARTAXERXES ad PÆTVM. 896.
PÆTVS ad ARTAXERXEM. 897.
ARTAXERXES ad HYSTANEM. 898.
HYSTANES ad ARTAXERXEM. 899.
ARTAXERXES ad COOS. 899.
COI ad ARTAXERXEM. 899.
ad se & à se:
HYSTANES ad HIPPOCRATEM. 900.
HIPPOCRATES ad HYSTANEM. 900.
ad DEMETRIVM. 901.
ABDERITÆ ad HIPPOCRATEM. 901.
HIPPOCRATES ad ABDERITAS. 904.
ad PHILOPOEMENEM,
prior: 906.
posterior: 908.
ad DIONYSIVM. 910.
ad DAMAGETVM,
prior: 911.
posterior: 913.
ad CRATEVAM. 928.
ad DEMOCRITVM. 933.
DEMOCRITVS ad HIPPOCRATEM. 931.
HIPPOCRATES ad THESSALVM. 934.

ORATIO ad ARAM. 935.
aliorum
pro se:
DECRETVM ATHENIENSIVM. 936.
THESSALI ORATIO AD ATHENIENSES. 937.
de se: VITA & GENVS, ex
SORANO. 951.
VARIIS. 956.
descripta:
FRAGMENTA & ELOGIA
VARIORVM. 978.
GALENI. 994.
CONTRADICTA & DEFENSA.
CONTRADICTIONES.

LEC-

ELENCHUS

Librorum in Primo Volumine Hippocratis contentorum.

I.	ΠΕΡΙ Τέχνης.	De *Arte*.	1
II.	Περὶ Ἀρχαίης ἰητρικῆς.	*De veteri Medicina*.	14
III.	Νόμος.	*Lex*.	40
IV.	Ὅρκος.	*Jus jurandum*.	42
V.	Περὶ Ἰητροῦ.	*De Medico*.	44
VI.	Περὶ Εὐσχημοσύνης.	*De Decenti ornatu*.	52
VII.	Παραγγελίαι.	*Præceptiones*.	60
VIII.	Ἀφορισμοὶ.	*Aphorismi, I.*	68
IX.	Περὶ Ἀρχῶν ἢ Σάρκων.	*De Principiis aut Carnibus*.	112
X.	Περὶ Γονῆς.	*De Genitura*.	124
XI.	Περὶ Φύσιος Παιδίου.	*De Natura pueri*.	133
XII.	Περὶ Ἑπταμήνου, νόθον.	*De Septimestri, liber spurius*.	165
XIII.	Περὶ Ἑπταμήνου γνήσιον.	*De Septimestri, liber genuinus*.	167
XIV.	Περὶ Ὀκταμήνου.	*De Octimestri partu*.	175
XV.	Περὶ Διαίτης, τὸ πρῶτον.	*De Dieta, liber I.*	179
XVI.	τὸ δεύτερον.	*lib. II.*	210
XVII.	τὸ τρίτον.	*lib. III.*	241
XVIII.	Περὶ Φύσιος Ἀνθρώπου.	*De Natura humana*.	263
XIX.	Δημόκριτος Ἱπποκράτει περὶ Φύσιος ἀνθρώπου.	*Democritus Hippocrati de natura humana*.	281
XX.		*Hipp. de structura hominis*.	284
XXI.	Ἱπποκρ. περὶ Ἀναθυμιάσεως.	*De Resectione*.	287
XXII.	Περὶ Καρδίης.	*De Corde*.	289
XXIII.	Περὶ Ὀστέων Φύσιος.	*De Ossium natura*.	294
XXIV.	Περὶ Φλεβῶν.	*De Venis*.	297
XXV.	Περὶ Αἰῶνος.	*De Ætate*.	312
XXVI.	Περὶ Αἰῶνος τμῆμα.	*De Ætate fragmentum*.	314
XXVII.	Περὶ Χυμῶν.	*De Humoribus*.	315
XXVIII.	Περὶ Ἀέρων ὑδάτων, τόπων.	*De Aëribus, aquis, locis*.	327
XXIX.	Περὶ τόπων τῶν κατ' Ἄνθρωπον.	*De Locis in Homine*.	363

XXX.	Περὶ Φυσῶν.	*De Flatibus.*	399
XXXI.	Περὶ Ἀδένων.	*De Glandulis.*	414
XXXII.		*De Significatione vitæ & mortis.*	422
XXXIII.	Περὶ Κρισίμων.	*De diebus Judicatoriis.*	432
XXXIV.	Περὶ Κρίσεων.	*De Judicationibus.*	438
XXXV.	Προγνωστικόν.	*Prænotiones.*	447
XXXVI.	Προρρητικῶν. ά.	*Prædictorum lib. I.*	471
XXXVII.	τὸ δεύτερον.	*lib. alter.*	487
XXXVIII.	Κωακὴ προγνώσις.	*Coacæ Prænotiones.*	522
XXXIX.	Περὶ Ὀδοντοφυΐης.	*De Dentitione.*	590
XL.	Περὶ Τροφῆς.	*De Alimento.*	592
XLI.	Περὶ ὑγρῶν χρήσεως.	*De Humidorum usu.*	599
XLII.	Περὶ Φαρμάκων.	*De Purgantibus.*	607
XLIII.	Περὶ Ἐλλεβορισμοῦ.	*De Veratri usu.*	610
XLIV.	Ἀντίδοτος.	*Antidotum.*	612
XLV.	Ἀντίδοτος ἄλλη.	*Antidotum aliud.*	614
XLVI.	Καθ' Ἱητρεῖον.	*Officina Medici.*	614
XLVII.	Περὶ Διαίτης ὑγιεινῆς.	*De salubri Dieta.*	626
XLVIII.	Περὶ Ἐνυπνίων.	*De Insomniis.*	635
XLIX.	Ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον.	*De Sanitate tuenda, ad Demetrium.*	
L.		*ad Antiochium.*	646
LI.		*ad Mœcenatem.*	650
LII.	Ἐπιδημιῶν α'.	*Popularium Lib. I.*	653
LIII.	τὸ δεύτερον.	*Lib. II.*	684
LIV.	τὸ τρίτον.	*Lib. III.*	712
LV.	τὸ τέταρτον.	*Lib. IV.*	742
LVI.	τὸ πέμπτον.	*Lib. V.*	766
LVII.	τὸ ἕκτον.	*Lib. VI.*	796
LVIII.	τὸ ἕβδομον.	*Lib. VII.*	824

ELEN-

ELENCHUS

Librorum in Secundo Volumine Hippocratis contentorum.

LX.	Περὶ Νέσων. α'.	*De Morbis liber primus.*	
LXI.	τὸ δεύτερον.	*secundus.*	361
LXII.	τὸ τρίτον.	*tertius.*	96
LXIII.	τὸ τέταρτον.	*quartus.*	120
LXIV.	Περὶ Παθῶν.	*De Affectionibus.*	161
LXV.	Περὶ τῶν ἔσω Παθῶν.	*De Internis Affectionibus.*	196
LXVI.	Περὶ Διαίτης Ὀξέων.	*De Victu Acutorum.*	268
LXVII.	Περὶ Ἱερῆς Νόσου.	*De Morbo Sacro.*	324
LXVIII.	Περὶ Μανίης.	*De Insania.*	345
LXIX.	Περὶ Αἱμορροΐδων.	*De Hæmorrhoidibus.*	347
LXX.	Περὶ Ὄψιος.	*De Visu.*	351
LXXI.	Περὶ Παρθενίων.	*De Virginum Morbis.*	355
LXXII.	Περὶ Γυναικείης φύσιος.	*De natura Muliebri.*	358
LXXIII.	Περὶ Γυναικείων τὸ α.	*De Morbis Mulierum liber I.*	415
LXXIV.	Νόθα ἢ Προσκεφάλαια περὶ γυναικείων βιβλίου α.	*De Morbis mulierum Notha seu Adjecta.*	520
LXXV.	Περὶ Γυναικείων τὸ β'.	*De Morbis Mulierum liber II.*	526
LXXVI.	Περὶ Ἀφόρων.	*De Sterilibus.*	615
LXXVII.	Περὶ Ἐπικυήσιος.	*De Superfœtatione.*	645
LXXVIII.	Περὶ Ἐξαμβολιμαίης Ἐμβρύου.	*De Exsectione fœtus.*	662
LXXIX.	Περὶ Ἑλκῶν.	*De Ulceribus.*	664
LXXX.	Περὶ Συρίγγων.	*De Fistulis.*	680
LXXXI.	Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.	*De Capitis Vulneribus.*	687
LXXXII.	Περὶ Ἀγμῶν.	*De Fracturis.*	708
LXXXIII.	Περὶ Ἁρθρων.	*De Articulis.*	756
LXXXIV.	Μοχλικός.	*Vectiarius.*	851
LXXXV.	Ἱππιατρικά.	*Veterinaria.*	875
LXXXVI.	Ἐπιστολαί.	*Epistolæ.*	896
	Ἀρταξέρξης Πάτῳ.	*Artaxerxes ad Patum.*	896
	Πάτος Ἀρταξέρξῃ.	*Patus ad Artaxerxem.*	897

Arta-

Ἀρταξέρξης Ὑστάνῃ.	*Artaxerxes ad Hystanem.*	888
Ὑστάνης Ἀρταξέρξῃ.	*Hystanes ad Artaxerxem.*	899
Ἀρταξέρξης Κώοις.	*Artaxerxes ad Coos.*	899
Ἀπόκρισις Κώων.	*Coi ad Artaxerxem.*	899
Ὑστάνης Ἱπποκράτει.	*Hystanes ad Hippocratem.*	900
Ἱπποκράτης Ὑστάνει.	*Hippocrates ad Hystanem.*	900
Δημητρίῳ.	*ad Demetrium.*	901
Ἀβδηρῖται Ἱπποκράτει.	*Abderitæ ad Hippocratem.*	901
Ἱπποκράτης Ἀβδηρίταις.	*Hippocrates ad Abderitas.*	904
Φιλοποίμενι, α'.	*ad Philopœmenem. I.*	906
Φιλοποίμενι, β'.	*posterior.*	908
Διονυσίῳ.	*ad Dionysium.*	911
Δαμαγήτῳ, α'.	*ad Damagetum, prior.*	910
Δαμαγήτῳ, β'.	*posterior.*	913
Κρατεύᾳ.	*ad Cratevam.*	928
Δημόκριτος Ἱπποκράτει.	*Democritus ad Hippocratem.*	931
Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ.	*Hippocrates ad Democritum.*	933
πρὸς τὸν Θεσσαλόν.	*ad Thessalum F.*	934
Ἐπῳδή.	*Oratio ad aram.*	935
Ψήφισμα Ἀθηναίων.	*Decretum Athenienſium.*	936
Πρεσβεία Θεσσαλῶν.	*Theſſali Oratio ad Athenienſ.*	937
LXXXVII. Ἱπποκράτους γένος καὶ βίος καὶ Σωρανός, καθ' ἅλλους.	*Genus & Vita Hippocratis ex Sorano.* 951. *ex variis.*	956
LXXXVIII. Τομαὶ καὶ Ἐγκώμια ἐκ τε τῶν Ἰατρῶν καὶ μὴ Ἰατρῶν.	*Fragmenta & Elogia ex Authoribus medicis & non medicis.*	978
LXXXIX. Ὁμολογήματα ἐκ τῶν Γαληνοῦ.	*Conſentientia ex Galeno.*	994
XC. Ἀντιλεγόμενα καὶ Ἀπολογήματα.	*Contradicta & Defenſa.*	1022

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE ARTE.

Basil. græc. — Foesius sect. 1.2.2. — Basil. lat.

1 pag. 1 ΕΙΣΙ ″ τινες, οἱ τέχνην πεποίλω), 1 τὸ τὰς τέχνας αἰσχροποιέειν· 2 ὡς μὲν οἶον), ἐ τέτο δοξαστεηοτόμοι, ὃ ἐγὼ λέγω, 3 ″ ἀλλ' ἰσορέπης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιέυμενοι. 4 ″ ἐμοὶ δὲ τὸ μὲν τι τῶ μὴ σύνηθέων ἐξευρέσθαι, ὃ, τι καὶ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξυνέσιος δοκέει ἐπιθυμημά τε καὶ ἔργον εἶναι· 5 τὸ δὲ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάζεσθαι ὡσαύτως. 6 τὸ δὲ λόγων ἢ καλῶν τέχνη τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αὐξανέειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθένθαι μὲν μηδὲν, 7 ὑποβάλλεσθαι δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τὰς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, ξυνέσιος δοκέει ἐπιθυμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, 8 ″ ἀλλὰ κακοηθελίη μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίης. 9 μέμοισι γὰρ τοῖσιν ἀτέχνοισιν ἡ ἐργασίη αὕτη δρόμος, 10 φιλοτιμεομένων μὲν, ἐδαμῶς δὲ δυναμένων καὶ πάνυ ὑπεργέειν, 11 εἰς τὸ τὰ τῶ πέλας ἔργα ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ ὅσα ὀρθὰ μὴ μέεσθαι. 12 τοὺς μὲν δὴ εἰς τὰς ἄλλας τέχνας τέτῳ τῷ τρόπῳ ἐμπίπτοντας, οἷσι μέλει τε, καὶ ἐν οἷς μέλει, οἱ δυνάμενοι κω-

nu. SVNT quidam, qui artem putant, reliquas artes turpiter inceſſendo dehoneſtare: 2 atqui id quidem, veluti putant, non tranſigunt, ut ego ſane aſſero, 3 ſed propriam cognitionem ac ſcientiam ambitioſe oſtentant. 4 Mihi vero ' invenire aliquid eorum, quæ nondum inventa ſunt, quod ipſum notum, quam occultum eſſe præſtet, ſcientiæ votum ac opus eſſe videtur: 5 ſimiliterque & ſemiperfecta ad finem perducere & abſolvere. 6 At vero verborum inhoneſtorum arte ad ea, quæ ab aliis inventa ſunt, con-' fundenda promptum eſſe, nihil quidem corrigendo: 7 eorum vero, qui aliquid ſciunt, inventa apud ignaros calumniando, non ſane ſcientiæ votum aut opus eſſe videtur, 8 ſed proditio magis naturæ ſuæ, aut ignorantia artis. 9 Solis enim artis ignaris hoc ipſum factum convenit, 10 qui contentioſe quidem geſtiunt ac conantur, nequaquam vero poſſunt maliciei ſufficere, 11 ad hoc ut aliorum opera, quæ quidem ' recta ſunt, reprehendant. 12 Eos quidem igitur, qui in alias artes hoc modo irruunt, quibus hæ curæ ſunt, quorumq; id intereſt, & præſtare

κωλυόντων. 13 ὁ δ' παρεὼν λόγος τοῖς ἐς ἰητρικὴν ὅτως ἐμπορευομένοις ἐναντιώσεται, 14 θρασυνόμενος μὲν ἀφ' ἑτέρων, ἐς ψέγος, 15 εὐπορέων δ' ἀφ' ἑωυτέου τέχνης, ἢ βοηθεῖ, 16 δυνάμενος δὲ ἀφ' σοφίης, ἢ πεπαίδευται.

ωὔξεσθαι δ' ὀλίγῳ, ὡσὰς τ' ἐπίχυσιν οἴνου ἔπιπτε λήκυθον. [12] ὡσαύτως δὴ τῇ γυναικὶ ἡ θέρμη ἐξαίφνης ὡσὰς τὴν γονὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἔπιπτε λήκυθος. [13] ἧσσον δὴ πολλῷ ἥδεται ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῇ μίξει. [14] πολὺν χρόνον ὁ ἀνὴρ. [15] διότι δὲ μᾶλλον ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ἀπορρέοντος αὐτοῦ ἐξαπίνης ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ παραχῆς ἰχυροτέρης, ἢ τῇ γυναικί.

VII. Ἔχει δὲ τόδε ἔστως τῆσι γυναιξίν. [2] ἢν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· [3] ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. [4] ἅμα μὲν γὰρ αἱ μῆτραι ἐκμαλάσσονται ἐν τῇ μίξει· [5] οἱ δὲ ξηραὶ ἔασαι μᾶλλον τοῦ καιροῦ, ξυστρέφονται ἰσχυρῶς. [6] ξυστρεφόμεναι δὲ ἰσχυρῶς, πόνον τοῖσι σώμασι παρέχουσιν· [7] ἅμα δὲ ἡ μίξις τὸ αἷμα θερμαίνουσι καὶ ὑγραίνουσι, πρὸς ὁδὸν ῥηϊτέρην τοῖσι καθαιρομένοισι. [8] τῶν δὲ καθαιρομένων μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ἐπίνοσα γίγνονται. [9] διότι δὲ ἐπίνοσα γίγνονται, ἐρήσεται μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νόσοισι. [10] καὶ τοῦτα μὲν μοι εἰρέαται ἐς τοσοῦτον. [11] ἐπὴν δὲ μιχθῇ ἡ γυνὴ, ὧν μὲν δὴ μὴ μέλλῃ λήψεσθαι ὡσὰς ἑαυτὴν, ὡσὰς τὰ ἔξω χωρέα ἔξω ἡ γονὴ ἀπ' ἀμφοτέρων, [12] ὅκόταν ἡ γυνὴ ἐθελήσῃ. [13] ὧν δὲ μέλλῃ λήψεσθαι, ἃ χωρέα ἔξω, ἀλλ' ἐμμένει ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γονή. [14] αἱ γὰρ μῆτραι δεξάμεναι καὶ κύσασαι, ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσιν, [11] ἅτε ξυσσφιγγόμεναι καὶ στέγουσαι ἐκτὸς τοῦ ἰκμάδος, [15] καὶ μίσγεται ὁμοῦ, τό, τε ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐλθὸν, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικός. [16] καὶ ὧν ἡ γυνὴ τύχῃ ἔμπυρος ἐοῦσα, καὶ ξυνοήσῃ, ὅκόταν ἡ γονὴ μὴ ἐξέλθῃ, ἀλλ' ἐμμένῃ, εἰδήσει

geri, ad vini infusionem, deinde definere. [12] Ita etiam mulieri caliditas exilit ad genituram viri: deinde definit. [13] Cæterum multo minus delectatur fœmina quam vir in coitu, [14] & vir etiam tempore longiore. [15] Propterea autem quod vir magis delectatur, fecernitur ipsi de repente ab humido, fortiori turbatione ac agitatione quam mulieri.

VII. Habet autem & hæc res hoc modo. Mulieres [2] si cum viris coëant, magis sanæ sunt: [3] si non, minus. [4] Nam & uteri simul humidi fiunt in commixtione: [5] qui enim sicci sunt magis quam convenit, fortiter contrahuntur, [6] ubi vero fortiter contrahuntur, dolorem corpori afferunt: [7] & simul coitus sanguinem calefaciens ac humectans, viam faciliorem mensibus facit. [8] Mensibus autem non procedentibus, corpora fœminarum morbosa fiunt. [9] Quapropter autem morbosa fiant, in muliebribus morbis referetur. [10] Et de his quidem hactenus. [11] Postquam autem coivit mulier, si quidem conceptura non est intra seipsam, pro more foras procedet genitura ab utrisque, [12] ubi fœmina volet. [13] Si vero conceptura est, non procedit foras, sed manet in utero genitura. [14] Nam uteri susceptam & concluſam in sese continent, [15] osculo nimirum ipsorum præ humiditate contracto & concluso, simulque permiscentur, tum quæ à viro venit, tum quæ à muliere emissa est. [16] Quod si fœmina partus perita sit, & cognoverit quando genitura non exciderit, sed intus manserit, sciet qua die intra seipsam concepit.

δήσαι, ἢ ἡμέρη ἔλαβεν ἐς ἑωυτήν. [17] ἔχει δὲ ὧδε καὶ τόδε. [18] ὁτὲ μὲν ἰσχυρότερόν ἐστι τὸ μεθιέμενον ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὁτὲ δὲ ἀσθενέστερον. [19] καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ὡσαύτως. [20] καὶ ἔστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν. [21] καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. [22] ἰσχυρότερον δὲ ἐστι τὸ ἄρσεν τοῦ θήλεος. [23] ἀνάγκη δὴ ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. [24] ἔχει δὲ καὶ τόδε κ' πω. [25] ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ πλῆθος. [26] ἢν δὲ ἀσθενὲς, θῆλυ. [27] ὁκότερον δ' ἂν κρατήσῃ καὶ πλήθῃ, ἐκεῖνο καὶ γίνεται. [28] ἢν γὰρ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατεῖται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ, εἰς θῆλυ τρέπεται. [29] ἢν δὲ πλέον ἔῃ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ἀσθενέος, κρατηθὲν τὸ ἀσθενὲς, εἰς ἄρσεν τρέπεται. [30] ὥσπερ εἴ τις κηρὸν καὶ πίαρ μίξας ὁμοῦ, πλέον ποιήσας τὸ πίαρ, πήξειεν ἐς πῦρ· μέχρις μὲν ὑγρὸν ἔῃ, ἀδιάδηλον γίνεται τὸ κρατέον· ἐπὴν δὲ παγῇ, τότε ἐμφανὲς γίνεται, ὁπότερον κρατεῖ τὸ πίαρ τὸ κηρὸν καὶ πλῆθον. [31] ὥσπερ ἔχει καὶ τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ ἡ γονή. [32] ξυμβάλλεσθαι δὲ παρέχει, ὅτι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ ἔστι γονὴ καὶ θῆλυ καὶ ἄρσεν, τοῖσιν ἐμφανέσι γινομένοισι. [33] πολλαὶ γὰρ γυναῖκες ἤδη ἐθηλύτευσαν παρὰ ἀνδράσιν ἰδίοις. [34] τοῖσι δὲ ἑτέροις ἀνδράσιν ἐλθοῦσαι, ἐκύησαν. [35] καὶ οἱ ἄνδρες οἱ αὐτοὶ κεῖνοι, παρ' οἷσιν ἐθηλύτευσαν αἱ γυναῖκες, [36] ἑτέρων γυναικῶν ἐς μίξιν ἀπιγμένοι ἄρσενα γόνον ἐποίησαν. [37] ἐς οἷσιν ἄρσεν' γόνος ἐγίνετο, ἐς ἑτέρας γυναῖκας μιχθέντες

cepit. [17] Habet autem & hoc sic. [18] Quandoque quidem fortius est semen à muliere emissum, aliquando vero debilius. [19] Similiter etiam quod vir emisit. [20] Et est tum in viro fœmineum itemque masculum semen, [21] tum itidem in muliere. [22] Fortior autem masculus fœmina est. [23] necesse igitur est ipsum à fortiore semine generari, [24] habetque res hoc modo. [25] Si ab utrisque semen fortius prodierit, masculus erit partus: [26] si vero debile, fœmina nascetur. [27] Vtrum autem multitudine ac copia prævaluerit, juxta illud ipsum partus nascetur. [28] Si enim multo plus fuerit debilis seminis quam fortioris, superatur forte, & debili permixtum, in fœminam transit. [29] Si vero plus fuerit fortis seminis quam debilis, superatur debile, & in marem transit. [30] Quemadmodum si quis ceram & adipem misceat, & de adipe tamen plus conjiciat, eaque ad ignem liquefaciat, quandiu quidem liquida fuerint, non appareat utrum tandem horum superet: ubi vero congelata fuerint, tunc jam conspicuum est, quod adeps ceram copia exuperat. [31] Sic habet etiam masculi ac fœminæ genitura. [32] Quod vero & in fœmina, & in viro, genitura fœminea sit ac mascula, ex factis manifestis conjectare licet. [33] Multæ enim mulieres jam fœminas pepererunt ex propriis viris, [34] verum ad alios viros transgressæ, masculos genuerunt. [35] Et viri illi ipsi apud quos mulieres fœminas pepererunt, [36] ad aliarum mulierum mixturam progressi, masculos genuerunt. [37] & quibus masculus sexus gignebatur, aliis fœminis permixti

χθέντες, θῆλυ γόνον ἐποίησαν. 38 διὸ καὶ ὁ λόγος ἐρεῖ, καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα ἔχειν καὶ θῆλυ γόνον, καὶ ἄρσενα. 39 ὅπου μὲν τοῖσιν ἐθηλύτοκεον, κρατέειν τὸ ἰσχυρότερον, πλέον ὂν θυμοῦ καὶ ἀσθενέος, καὶ ἐγίνετο θήλεα. 40 ὅπου δὲ τοῖσιν ἐκρενοτόκεον, ἐκράτεεν τὸ ἀσθενέστερον, καὶ ἐγίνετο ἄρσενα. 41 χωρεῖ δὲ οὐκ ἀεὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ αὐτέος ἀνδρὸς ἰσχυροῦ· ἀλλ' ἀσθενὴς ἐς ἀεί· ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλοίη. 42 καὶ τῆς γυναικὸς ὥτεος ἔχει· 43 ὡς μὴ θαυμάζειν τὰς αὐτὰς γυναῖκας καὶ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας γόνον καὶ ἄρσενα καὶ θῆλυ ποιέειν. 44 ἔχει δὲ καὶ τοῖσι κτηνέσιν ὥτεος, τὰ περὶ γενῆς θήλεος καὶ ἄρρενος. 45 καὶ ἐν αὐτῇ σφὶ τῇ γενῇ, ἐξέρχεται καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, 46 καὶ ἀπὸ τῶν ἀσθενέων, ἀσθενὴς· καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν, ἰσχυρή. 47 καὶ τῷ τέκνῳ ὥτεος ἐστὶν ἀνάγκη ἀποδίδοσθαι.

IIX. Καὶ ὁκόθεν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ ἀνδρὸς πλέον ἐλθη ἐς τὴν γενὴν ἢ τῆς γυναικὸς, τὸ τέκνον κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῷ πατρί· 2 ὁκόθεν δὲ πλέον ἐλθη ἀπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ σώματος, κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. 3 ἔστι δὲ οὐκ ἀνυστὸν πάντα τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδέν· 4 ἢ τὸ ἀνάπαλιν τέτυ, 5 μηδὲ ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδέν· 6 ἀλλ' ἀμφοτέροισιν ἀνάγκη πῆ ἔστιν ἐοικέναι πῃ, 7 ἐπεὶ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων τὸ σπέρμα χωρεῖ ἐς τὸ τέκνον. 8 ὁκότερον δ' ἂν πλέον ξυμβάλῃ ἐς τὸ ἐοικέναι καὶ ἀπὸ πλεόνων χωρίων τοῦ σώματος, κεῖνο τὸ πλέονα ἔοικε κάλλιον τῷ πατρὶ, 9 καὶ ἔστιν ὅτε θυγάτηρ θυμοῦ τὸ πλέονα ἔοικε κάλλιον τῷ πατρὶ,

fœmineam ſobolem genuerunt. 38 Atque hæc ſane ratio declarat, tum virum, tum fœminam, & fœmineam & maſculam genituram habere. 39 Nam apud quos viros, fœminas pariebant, ſuperabatur fortius ſemen à copia debilioris, & gignebantur fœmellæ. 40 Apud quos vero maſculos pariebant, ſuperabatur debilius, & gignebantur mares. 41 Procedit autem non ſemper ab eodem viro genitura fortis, ſed neque ſemper debilis, ſed alias alia: 42 atque ſic etiam in muliere res habet: 43 ut minime mirandum ſit, eaſdem fœminas, eoſdemque viros, ſobolem maſculam & fœmineam producere. 44 Habet autem & in brutis genituræ fœmineæ ac maſculæ ratio eodem modo. 45 Et in ipſa genitura egreditur & fœmineum, & maſculinum, ab omni corpore, 46 & à debilibus debilis, & à fortibus fortis: 47 & neceſſe eſt ſic in partum diſtribui.

IIX. Et ex quacunque corporis viri parte plus prodierit in genituram, quam mulieris, partus ille magis ſimilis erit patri. 2 Vndecunque vero à corpore mulieris plus venerit, magis aſſimilabitur matri. 3 Eſt autem impoſſibile, partum per omnia matri ſimilem eſſe, & patri nihil, 4 aut vice verſa, 5 neque alteri quicquam ſimilem eſſe: 6 ſed utriſque neceſſe eſt in aliquo ſimilem eſſe, 7 ſiquidem ab utriſque corporibus ſemen in partum procedit. 8 Vter autem tandem plus contulerit ad ſimilitudinem, & à pluribus corporis regionibus, illi magis ſimilis eſt. 9 Contingitque aliquando ut filia nata, majori ex parte magis ſimilis ſit patri

τρὶ, ἢ τῇ μητρί. [10] ἔκβρυον γινόμενον ἔστιν ὅτε κάλλιον ἔοικε τῇ μητρὶ, ἢ τῷ πατρί. [11] καὶ ταῦτα μοι καὶ τοσαῦτά ἐστιν ἱστορία τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ, [12] ὅπερ ἔνεστι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ καὶ κεφαλογενίᾳ καὶ θηλυγενίᾳ. [13] γίνεται δὲ καὶ τόδε. [14] ἔστιν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα γίνεται, ὅταν πατρὸς καὶ μητρὸς, παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. [15] κλῶ μὲν, πολλῶν ἤδη γενομένων τῶν παιδίων, [16] τοιοῦτον γίνεται, δῆλον, ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνόσησε τὸ ἔμβρυον, [17] καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς, ἢ τῆς αὔξης αὐτῆς ἔξω παρῆκε, [18] τῶν μητρέων χανδανέων μᾶλλον, [19] καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενὲς ἐγένετο. [20] νοσεῖ δὲ τῶν ζώων ἕκαστον, κατὰ τὸν ἰσχὺν ἑωυτοῦ. [21] λῶν δὲ πάντα τὰ γενόμενα παιδία ἀσθενέα ἔῃ, αἱ μῆτραι αἱπεῖαί εἰσι, [22] στενότεραι ἐοῦσαι τοῦ καιροῦ. [23] λῶν γὰρ μὴ ἔχῃ εὐρυχωρίην, ἔνθα τὸ ἔμβρυον τραφείη, [24] ἀνάγκη ἐστὶν αὐτὸ λεπτὸν γενέσθαι, οὕτε ὄγκον ἔχον τῇ αὔξῃ εὐρυχωρίην. [25] λῶν δὲ ἔχῃ εὐρυχωρίην, [26] καὶ μὴ νοσέῃσι, [27] ἐπικινδυνότερον ἐστὶ, μεγάλων τοκέων μέγα τέκνον γενέσθαι. [28] ἔχει δὲ ὧδε τοῦτο, [29] ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐθέλοι δὲ νεογνὸν, καὶ τοῦτον τὸν σικυηλάτην, θεὶς ἐς ἀρυσσήρα στενὸν, ἴσον δὲ ἐστὶ καὶ ἀρυσσήρου τοῦ κοίλου καὶ ὁμοίου. [30] λῶν δέ τις ἐς ἄγγος μέγα, [31] ὃ, τι καὶ ἐπικινδυνότερον ἐστὶ σίκυον χαδεῖν, ἀλλὰ μὴ πολλῷ κάρτα μεῖζον τοῦ φύσιος τοῦ σικύου, ἴσον ἔσται ὁ σίκυος τῷ ἀγγείῳ τῷ κοίλῳ καὶ ὁμοίῳ. [31] ἐρίζει γὰρ ἐν τῇ αὔξῃ τῷ κοίλῳ τοῦ ἀγγείου. [32] μεῖζον δὲ καὶ πάντα τὰ φύσ-

patri quam matri, [10] & filius natus aliquando magis similis est matri quam patri. [11] Atque hæc tam multa à me relata declarant superiorem sermonem, [12] quod & in muliere, & in viro, tum mascula, tum fœminea genitura existat. [13] Contingit autem & hoc. [14] Quandoque partus tenues & debiles generantur, ex patre & matre crassis ac robustis. [15] Et siquidem (multis jam generatis pueris) tale quid contingat, [16] manifestum est quod fœtus in utero ægrotavit, [17] & ab utero quid de suo ipsius incremento foras prodiit, [18] utero nimirum amplius hiante: [19] & propterea debilis factus est. [20] Vnumquodque autem animal juxta proprium robur ægrotat. [21] Si vero omnes pueri nati debiles fuerint, uteri ipsi in caussa sunt, [22] angustiores quam oportet existentes. [23] Si enim non habuerint spaciositatem, in qua fœtus nutriri possit, [24] necesse est ipsum tenuem fieri, utpote qui non habeat satis amplum locum ad incrementum capiendum. [25] Si vero habeat satis amplum locum, [26] & non ægrotet, [27] verisimile est ex magnis parentibus magnam sobolem generari. [28] Habet autem res hoc modo. [29] Quemadmodum si quis cucumerem qui jam defloruit, sit autem adhuc tenellus, & in cucumerario adhuc adhæreat, ponat ac immittat in vas angustum, æqualis ac similis evadet cavitati ipsius vasis. [30] Si vero quis eundem in vas amplum indet, quod verisimile sit cucumeris capax esse, sed non valde multo majus quam pro cucumeris natura, æqualis itidem ac simi-

tati. [31] Nam in augescendo cum vasis cavitate contendit. [32] & fer-

φυόμενα ὅτως ἔχει, ὅκως ἄν τις καθαναγκάσῃ αὐτά. 33 οὕτω δὴ ἔχει καὶ τῷ παιδίῳ· 34 ὧν μὲ εὐρυχωρείη οἱ ἐν τῇ αὔξῃ, μεῖζον γίνεται· ὧν δὲ στενοχωρείη, ἔλασσον. 35 τὸ δὲ πεπωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον, 36 φημὶ αὐτὸ ἢ φλασθὲν πεπωθυίῃ τῇ μητρὸς τὴν γείσιος καὶ τὸ ἔμβρυον, 37 ἢ πεσέσης, 38 ἢ ἄλλε τινὸς βιαίε παθήματος συστραφομένε τῇ μητρί. 39 ὅκως δὲ φλασθῇ, ταύτῃ πεπόνθασι 22 τὸ παιδίον.

IX. Ἢν δὲ μᾶλλον φλασθῇ τὸ ἔμβρυον, εὐρύτε καὶ ῥηγνύτε καὶ διεξέρχηται αὐτὸ, φθείρεται τὸ ἔμβρυον. 2 ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῷδε πάσχει τὰ παιδία. 3 ἐπὴν ἐν τῇσι μήτρῃσι καὶ τὸ χωρίον, καθ' ὃ, πὴ ἐπηρώθη, στενὸν ἔῃ, 4 ἀνάγκη, ἐν στενῷ κινδυνεύοντα καὶ σώματος, πεπόνθασι κατὰ ἐκεῖνο τὸ χωρίον. 5 ὥσπερ καὶ τὰ δένδρων ὅσα ἐν τῇ γῇ ἐόντα μὴ ἔχει εὐρύχωρίην, ἀλλ' ὑπὸ λίθε ἢ ὑπό τινος ἄλλε ἀπολήφθη, ἀνατέλλον σκολιὸν γίνεται), 23 ἢ πῇ μὲν παχὺ, πῇ δὲ λεπτόν· 6 οὕτω δὴ ἔχει καὶ τῷ παιδίῳ γίνεται, 24 ὧν ἐν τῇσι μήτρῃσι καθί τι καὶ σώματος στενότερον εἴη τὸ ἕτερον καὶ ἑτέρης. 7 ὅτι καὶ, ἐκπεπτωκότων ἀνθρώπων, ὑγιέα πίπτουσι τὰ παιδία, ὡς ἐπιπολαίοισιν ξυμβαίνει. 8 ἔχει γὰρ τὸ ἀριθμὸν πάντως τὸ πεπηρωμένον τῷ ὑγιεῖ. 9 ἐπὴν δὲ πί οἱ νέσημα προσπέσῃ; 10 καὶ ὑγρὸς 25 αὐτῶν, 11 ἀφ' οὗ τὸ σπέρμα γίνεται, 12 τέσσαρες ἰδέαι ἔασιν, ἐκόσαι ἐν φύσει ὑπάρχουσιν, 13 τὸ γονὸ ἐκ ὅλον παρέχεται· 14 ἀσθενέστερον δὲ τὸ καὶ τὸ πεπηρωμένον. 15 διαφορὴ δὲ μικρὴ δεκάδι καὶ πηρώσει, καθάπερ ὁ τοῦ-

me omnia naſcentia ſic habent, quo modo quis ipſa cogat. 33 Sic ſane & in puero ſe res habet. 34 Si enim ſpatioſitas ipſi contigerit in augeſcendo, major evadet: ſi vero anguſtia, minor. 35 At vero mutilum in utero puerum, 36 ſentio aut contuſum ex matris uterum geſtantis plaga, 37 aut ejuſdem lapſu, 38 aut alio quopiam violento affectu matri accidente, mutilatum eſſe. 39 Qua vero parte mater plagas acceperit, ea puer mutilatur.

IX. Si vero amplius contundatur fœtus, ita ut pellicula ipſum continens rumpatur, perditur fœtus. 2 Quin & alia hujuſcemodi cauſſa pueri mutilantur. 3 Quum in utero juxta locum, in quo mutilatus eſt fœtus, anguſtia fuerit, 4 neceſſe eſt corpus quod in anguſtia movetur mutilari, juxta illum locum. 5 Quemadmodum etiam arbores quæcunque in terra ſunt, & non habent ſatis amplum locum, verum à lapide, aut aliqua alia re impediuntur, quum emergunt, obliquæ ac tortuoſæ ſunt, aut hac parte craſſæ, altera tenues: 6 ſic accidit etiam circa puerum, ſi in utero juxta aliquam corporis partem, anguſtior altera uteri pars altera fuerit. 7 Cæterum quod ex mutilatis hominibus ſani & integri gignantur pueri, ut plurimum contingere ſolet. 8 Habet enim mutilatum, numero omnia quæ ſanum. 9 Vbi vero morbus aliquis ipſis, 10 & humido ipſorum acciderit, 11 à quo ſemen provenit (12 quatuor ſane quum ſpecies ſint humidi, quæ naturaliter in corpore exiſtunt) 13 genituram non totam exhibent, 14 debiliorem autem, juxta mutilatam partem. 15 Quare nihil miri

5 ὁ τοκεύς. 16 πᾶσι δέ μοι ἐς τοῦτο εἰρέαται. 17 ἀναδήσομαι δ' αὖθις ὀπίσω ἐς τὸν λόγον, ὃν ἔλεγον.

miri mihi videtur, si etiam mutilentur, quemadmodum parens. 16 Et hæc mihi de hoc dicta sufficiant. 17 Redibo autem rursus retro ad sermonem quem dicere reliqui.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ.

HIPPOCRATIS DE NATVRA PVERI.

Basil. græc. Foesius sect. III. 15. 235. Basil. lat.

150 pag 30 ΕΝ ἡ γονὴ μείνῃ ἀπ' ἀμφοῖν, ἐν τῇσι μήτρῃσι τῆς γυναικός, 2 πρῶτον μὲν μίσγε- 10 ται ὁμοῦ, 3 ἅτε τῆς γυναικὸς οὐκ ἀτρεμεούσης, 4 καὶ ἀθροίζεται καὶ παχύνεται θερμαινομένη· 5 ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει, 6 ἅτε ἐν θερμῷ ἐόν- σα, 7 ἔπειτα τῆς μητρὸς πνέ- 2 σης. 8 ἔπειτα δὲ ὅταν πνεύματος ὅταν πλησθῇ, 9 ὁδὸν οἱ αὐτὸ ἑωυτῷ ἔξω ποιέει, 10 καὶ καὶ μέσον τῆς γονῆς τὸ πνεῦμα ἔξισιν. 11 ὅταν δὲ ὁδὸς γένηται τῷ πνεύματι ἔξω θερμῷ ἐόντι, αὖθις ἕτερον ψυχρὸν εἰσαναπέμπει ἀπὸ τῆς μητρός. 12 καὶ τοῦτο 15 ποιέει διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. 13 θερμαίνεται μὲν γὰρ, ἅτε ἐν τῷ θερμῷ ἐόντα· 14 ψυχρὸν δὲ ἴσχει ἀπὸ τῆς μητρὸς πνέουσης. 15 πάντα δὲ, ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἴσχει. 16 τὸ δὲ πνεῦμα ῥήγνυσι καὶ ποιέει οἱ ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ, καὶ χωρεῖ ἔξω. 17 αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον ἕλκει ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρὸν 18 διὰ τῆς ῥαγῆς, ἀφ' ἧς ἔτρεφε. 19 τοῦτο δὴ γίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ξύλων, καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων, 20 καὶ βρωτῶν καὶ πολέων, ὁκόσα θερμαίνεται ἰσχυρῶς. 21 συνοῆσαι δὲ παρέχει ξύλα καιόμενα. 22 ἅπαντα μὲν

SI genitura ab utrisque permanserit in utero mulieris, 2 primum quidem simul miscetur, 3 utpote muliere non quiescente, 4 coacervatur ac crassa per calorem evadit. 5 Deinde spiritum concipit, 6 nempe in calido existens, 7 & postea matre spirante. 8 Deinde ubi spiritu repleta fuerit, 9 viam hic ipse sibi ipsi foras facit, 10 & per mediam genituram spiritus erumpit. 11 Quum autem spiritui calido via foras facta est, rursus alius frigidus à matre inspirat, 12 atque hoc facit per omne tempus. 13 Calescit enim utpote in calido existens, 14 & frigidum spiritum concipit à matre spirante. 15 Omnia autem quæ calescunt, spiritum habent. 16 Spiritus autem erumpit & sibi ipsi viam facit, ac foras procedit. 17 Id autem quod calescit, rursus in seipsum alium spiritum frigidum trahit, 18 per fissuram unde nutritur. 19 Atque hoc contingit etiam in lignis, & in foliis, 20 cibisque ac potibus si fortiter calefiant. 21 Ejus rei notionem ligna ardentia exhibent: 22 omnia enim ligna hoc

20 τα μᾶ γᾶ ξύλα ποιήσ' τᾶτο· 23 μάλιστα ὃ τὰ ὑπόχλωρα. 24 μεθίησι γᾶ κᾷ τὼ τομὼ πνεῦμα· 25 τὸ δ' πνεῦμα, ὁκᾶν ἔξω χωρήσῃ, ἐλίσσεται περὶ τὼ τομώ· 26 κᾷ τᾶτο γινόμενον ὁρέωμεν αἰέι.

11. Δῆλον ὦν ὁ συλλογισμός ἐστι τᾷ πυρίμαλον, ὅτι ὰν τᾷ ξύλω ἐὸν θερμὸν, ἀνλαστᾶ ἕτερον ψυχρὸν, 2 ἀφ' ἃ τρέφε), καὶ ὑπὸ ἑωυτᾶ ἀφίησιν· 3 εἰ μᾶ γᾶ μὴ ἀντέσπα, σὺκ ἂν τὸ πνεῦμα ἐλίσσετο ἔξω ἰόν. 4 πᾶν γᾶ τὸ θερμὸν τᾷ ψυχρῷ τρέφεται τᾷ μετρίω· 5 ἐπὰν δ' θερμανθῆ τὸ ὑγρὸν τὸ ὰν τᾷ ξύλω ἐὸν, πνεῦμα γινόμενον, χωρέῃ ἔξω· 6 κᾷ τᾶδε ἐξιὸν ἔξω τὸ θερμὸν τὸ ὰν τᾷ ξύλω ἐὸν ἀνλαστᾶ ἕτερον ψυχρὸν, ἀφ' ἃ τρέφε). 7 ποιέῃ δ' τᾶτο κᾷ φύλλα χλωρά· 8 ὅταν γᾶ καίη), πνεῦμα ἴσχῃ· 9 ἔπειτα ῥήγνυσι τὸ πνεῦμα καὶ ὁδὸν ποιέε), κᾷ χωρέῃ ἔξω ἑλισσόμενον. 10 χωρέον δ' ψόφον παρέχῃ, 11 ᾗ τὼ εἰσπολὼ ποιέεται. 12 κᾷ κέδροπα, ὃ σῖτον, ὃ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχῃ, κᾷ ἔξω ἐξέρχεται ῥαγλὼ ποιησάμενον. 13 καὶ, λὼ νοτερὰ ἔη, ὠλέον τὸ πνεῦμα ἀφίησι, ὃ τὼ ῥαγλὼ μέζω ποιέε). 14 καὶ τί δεῖ μακρηγορέειν; 15 πάντα γᾶ, ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἀφίησι, κᾷ ἕτερον ψυχρὸν κᾷ τᾶτο ἀνλαστᾶ, ἀφ' ἃ τρέφεται.

111. Καὶ αἵτιαι μοι ἀνάγκαι εἰρημέναι εἰσὶν, 2 ὅτι ἡ γονὴ θερμαινομένη ὲν τῇσι μήτρῃσι, πνεῦμα ἴσχῃ καὶ ἀφίησι. 3 ἅμα δ' κᾷ ἀπὸ τᾶς μητρὸς πνέσας πνοὼ ἴσχῃ καὶ ἡ γονή. 4 ὁκόταν γᾶ ἡ μήτηρ ψυχρὸν ἐλκύσῃ ἐξ ἑωυτᾶ ἀπὸ δ' ἧς, ἐπαυρίσκεται καὶ ἡ γονή.

faciunt, 23 maxime vero ſubviridia. 24 Emittunt enim ſpiritum juxta ſectionem. 25 ſpiritus autem quum foras procedit, circum cæſuram volutatur, 26 id quod ſemper fieri videmus.

11. Manifeſta igitur eſt ratiocinatio de ſpiritu, quod calidus exiſtens in ligno, attrahit alterum frigidum 2 à quo nutritur, & à ſeipſo dimittit, (3 Nam ſi non alterum pro eo quem à ſe dimittit attraheret, non voluteretur ſpiritus foras prodiens. 4 Omne enim calidum frigido moderato nutritur.) 5 Et ubi percalfactum fuerit humidum quod eſt in ligno, in ſpiritum mutatum foras procedit: 6 & qua parte foras exit, ea ipſa calidus qui ineſt adhuc in ligno, alterum frigidum ſpiritum ejus loco attrahit, à quo nutritur. 7 Idem faciunt & folia viridia. 8 Quum enim incenduntur ſpiritum concipiunt, 9 deinde erumpit ſpiritus & viam facit, foraſque prodit & circumvoluratur: 10 procedens autem ſtrepitum facit, 11 qua parte inſpirationem præbet. 12 Quin & legumina & frumenta, & arborei fructus nucum generis calefacta ſpiritum habent, qui fiſſura facta foras prodit: 13 & ſi humida fuerint, ampliorem ſpiritum emittunt, & rimam majorem faciunt. 14 Et quid multis verbis opus eſt? 15 Omnia quæcunque calefiunt, ſpiritum emittunt, & alium frigidum viciſſim ejus loco attrahunt, à quo nutrimentum ſumunt.

111. Atque hæ neceſſitates ea gratia à me productæ ſunt, 2 ut cognoſcatur quod genitura in utero calfacta ſpiritum habet, & emittit. 3 Simul autem & à matre ſpirante, genitura ſpiritum habet. 4 Quum enim mater frigidum

γενή. [5] θερμὴ δέ ἐστιν, ἅτε δὴ ἐν θερμῷ ἐοῦσα· [6] καὶ τότε δὴ πνεῦμα ἄγει καὶ ἀφίησι, [7] καὶ ἡ γενὴ ὑμῶται φυσωμένη. [8] περιτέτακται δὲ ἀμφ' αὐτὸ τὸ ἔξωθεν, [9] ξυνεχὲς γινόμενον, ἅτε γλίσχρου ἐόν. [10] ὥσπερ ἐπ' ἄρτου ὀπτωμένου λεπτὸν ἐξίσταται ἐπιπολῆς ὑμένα δέ. [11] θερμαινόμενον δὲ καὶ φυσώμενον αἴρεται. [12] ἡ δ' ἂν φυσᾶται, κεῖνη τὸ ὑμῶδες γίνεται.

IV. Τῇ δὲ γενῇ θερμαινομένῃ καὶ φυσωμένῃ πάσῃ, ὑμὼ ἔξωθεν περιγίνεται. [2] κατὰ δὲ τὸ μέσον τῆς γενῆς τῷ πνεύματι διόδου καὶ ἔξω καὶ ἔσω γίνεται ἀεὶ δι' ὑμένου. [3] καὶ ταύτη δὲ ὑμένου ἀπέχει τὸ λεπτόν· [4] καὶ τῆς γενῆς ἐν αὐτοῖσιν ὀλίγιστόν ἐστιν. [5] αὕτη δὲ ἡ ἄλλη γενὴ στρογγύλη ἐστὶν ἐν ὑμένι. [6] καὶ μὲν δὴ ἐξ ἡμέρας μείνασαν ἐν τῇ μητρὶ γενὴν καὶ ἔξω πεσοῦσαν αὐτὸς εἶδον· [7] καί μοι ἐφάνη ἐν τῇ γνώμῃ τότε, ἀπ' ἐκείνων τὰ λοιπὰ τεκμήρια ποιεύμενον. [8] ὡς δὲ εἶδον τὴν γενὴν ἑκταίην ἐοῦσαν, ἐγὼ δηγήσομαι. [9] γυνὴ οἰκέτις μεσοτρόφος τῶν πολυπόνων, [10] παρ' ἄνδρας φοιτέουσα, [11] τὴν δὴ ἔδει λαθεῖν ἐν μητρὶ, [12] ὅκως μὴ ἀτιμοτέρη ἔῃ. [13] ἠκηκόει δὲ ἡ μεσοτρόφος, οἷα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας· [14] ἐπὴν γυνὴ μέλλῃ λήψεσθαι ἐν μητρὶ, δὴ ἐξέρχεται ἡ γενὴ, ἀλλ' ἔνδον μένει. [15] ταῦτα ἀκούσασα, ξυνῆκε, [16] καὶ τοῦτο ἐφύλασσεν αἰεί. [17] καί πως, ὡς ἤθελε δὴ ἐξιέναι τὴν γενὴν, καὶ ἔφρασε τῇ δεσποίνῃ, καὶ ὁ λόγος ἦλθεν ὡς

dum attraxerit ex aere in seipsam, fruitur eo etiam genitura. [5] Calida autem est, utpote in calido existens, [6] & tunc sane spiritum habet, ac emittit, [7] atque ipsa genitura inflata pelliculam acquirit. [8] Circumtenditur enim quod forinsecus circum ipsam est, [9] continuumque evadit, utpote viscosum existens. [10] Quemadmodum in pane dum torretur, tenue quiddam pelliculę specie in superficiem abscedit ac extat. [11] Calescens enim panis & inflatus elevatur: [12] qua parte vero inflatur, isthic pelliculæ species excitatur & consistit.

IV. Genituræ autem calfactæ ac inflatæ ex toto, pellicula forinsecus circumdatur. [2] Verum juxta medium genituræ, spiritui transitus extra ac intro fit per pelliculam, [3] & hac parte tenuitas pelliculæ à genitura distat, [4] & pauciſſimum quid de genitura ineſt. [5] Ipsa autem reliqua genitura rotunda est in pellicula. [6] Atqui genituram quæ sex diebus in utero mansit, & foras prolapsa est, ipse vidi, [7] & qualis tum animo meo obversabatur, ex illis ipsis reliquorum conjecturam facio. [8] Vt vero ego viderim genituram sex dierum existentem, enarrabo. [9] Mulieris nobis familiaris famula cantrix magnæ existimationis [10] ex virorum consuetudine erat, [11] quam in ventre concipere non conveniebat, [12] ut ne minoris existimationis redderetur. [13] Audierat autem cantrix ipsa, qualia mulieres inter se dicunt, [14] quod quando mulier conceptura est in ventre, genitura non egreditur, sed intus manet. [15] Auditis autem his atque intellectis, [16] hoc semper observavit, [17] & quum quandoque sen-

ὡς ἐμέ. 18 κἀγὼ ἀκέσας σκιρτήσαντος αὐτοῦ ἔφης τοῦ γλωττήσαι, 19 ἀκούσαντος ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδηκε, 20 ἡ γονὴ κατέρρυη ἐπὶ τοῦ γλωτοῦ, 21 κἀψόφησε. 22 καινὴ ἦν ἰδέσθαι, ἐθαύμασεν. 23 οἷον ἦν ἐρῶ. 24 οἷον εἴ τις ὠὸν ὠμὸν τὸ ἔξω λεπύριον περιέλοιεν, 25 ἐν τῷ ἔνδον ὑμῷ τὸ ἔνδον ὑγρὸν διαφαίνοιτο. 26 τοιοῦτον μοί τις ἔδοξε τοιοῦτον. 27 ἄλις εἰπεῖν, ἐδόκει ἐρυθρὸν καὶ στρογγύλον. 28 ἐν δὲ τῷ ὑμῷ ἐφαίνοντο ἐνεῖναι τινες λευκαὶ καὶ παχεῖαι, 29 περὶ δὲ ἀμφὶ τὸν ὑμὸν ἔξωθεν αἱμάλωπες. 30 καὶ ὑπὸ μέσον δὲ ὑμοῦ, ἀπείχε δ' λεπτὸν, 31 ὅ, τι μοι ἐδόκει εἶναι ὀμφαλός. 32 καὶ κινοῦντα τὸν πολὺν καὶ ἔσω καὶ ἔξω ποιεῖσθαι τὸ στόμα. 33 δὲ ὁ ὑμὸς ἐξ ἐκείνου ἐπετείνετο ἅπας ὁ περιέχων τὸν γονόν. 34 τοιοῦτον μὲν ἐγὼ εἶδον ἑκταῖον ἔσαν τὸν γονόν. 35 ἐρῶ δὲ καὶ ἄλλο διάγνωσιν ὀλίγον ἐπὶ τούτῳ ὕστερον, σαφὲς παντὶ τῷ βουλομένῳ εἰδέναι τοῦτο περὶ, καὶ ἴσον παντὶ τῷ ἐμῷ λόγῳ, ὅτι ἔστιν ἀληθὴς, ὡς εἰπεῖν αὐθρώπου περὶ τοιούτου πρᾶγμα.

v. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτο μοι εἴρηται, ὅτι ἡ γονὴ ἐν ὑμῷ ἐστὶ, καὶ πνοὴν ἔχει δὲ ἔσω καὶ ἔξω. 2 αὔξεται δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς δ' αἵματος, καθαρσίου ἐπὶ τὰς μήτρας. 3 τὰ γὰρ καθάρσια ἀ χωρέει, ὁκόταν γυνὴ λάβῃ παῖδα ἐωυτῆς, 4 ἢν μέλλῃ τὸ παιδίον ὑγιαίνειν· 5 εἰ μὴ ἔστιν ἧσιν ἐπισημαίνει τὰ στόματα μιῆς ἡμέρης ὀλίγον. 6 ἀλλὰ καθαρὸν τὸ αἷμα ἀπὸ παντὸς δ' σώματος γινόμενος, κυκλόστε φερό-

tiret genituram non exeuntem, dominæ expoſuit, & ſermo ſtatim ad me pervenit. 18 Ego vero quum audiſſem, juſſi ipſam ad terram ſaltare, 19 & poſtquam ſepties jam exiliiſſet, 20 genitura in terram profluxit, 21 & ſtrepitus factus eſt, 22 atque illa conſpecta ipſa admirata eſt. 23 Qualis autem erat ego referam: 24 velut ſi quis ovo crudo externam teſtam circumcirca adimat, 25 in interna vero pellicula incluſus liquor pelluceſcat. 25 Modus quidem talis erat, 27 & ut abunde dicam, ruber erat liquor & rotundus. 28 In pellicula vero fibræ quædam albæ ac craſſæ ineſſe videbantur, cum cruore craſſo & rubro obvolutæ: 29 circum autem pelliculam foris cruenta veſtigia inſtar ſugillatorum, 30 juxta medium vero tenue quid eminebat, 31 quod mihi umbilicus eſſe videbatur, 32 & per illum ſane ſpirationem extra & intro primum facere apparebat: 33 quin & pellicula genituram ambiens ac complectens, tota ex illo tendebatur. 34 Talem ſane ego genituram ſex dierum exiſtentem vidi. 35 Referam autem & aliam dinotionem, omni cupienti de hoc ſcire, quæ mihi paulo poſt hanc manifeſte apparuit, & teſtimonio eſſe poteſt omni meo ſermoni, quod verus eſt, quantum homini de hujuſmodi re dicere datur.

v. Atque hæc mihi de hoc dicta ſunt, quod genitura in pellicula eſt, & ſpiritum habet intro & foras, 2 & augeſcit à matre, ſanguine in uterum deſcendente. 3 Menſes enim non prodeunt, ubi mulier conceperit intra ſeipſam, 4 ſi puer ſanus fuerit, & permanere debet, 5 niſi in quibuſdam primo menſe modicam ſui indicationem faciant. 6 Verum ſanguis

πρὸς ἔξοδον τὸ ὑμφάλιον ἔξω. 7 ἅμα δὲ τῇ πνοῇ ἑλκηθμὸς εἴσω διὰ μαίου διὰ τοῦ ὑμφαλοῦ, 8 ᾗ τὸ περίτημνον, καὶ ἀπέχον, 9 ξυμπήγνυται καὶ αὔξεται τὸ μέλλον ζῷον ἔσεσθαι. 10 ὁκόταν δὲ ἱκανὸν ἐγκύμων ἐγκύσῃ, ὡθὶς ἕτεροι ὑμφαλοὶ εἴσω διὰ πρόσω ὑμφαλοῦ λεπτοὶ καὶ πολλοὶ πρόσθεν ἐγένοντο), τρόπῳ τινὶ τούτῳ, οἷῳ καὶ ὁ πρῶτος ὑμφαλὸς ἐγένετο. 11 περιφλοιοὶ δέ εἰσι καὶ ἕτοιμοι ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, 12 καὶ ἐς ἀλλήλους διαδέσμους ἔχουσιν. 13 ὁκόταν δὲ ἤδη τοῦτο γένηται, καὶ ἰὸν καὶ αἷμα ἀπὸ τῆς μητρὸς, καὶ πιμπλάμενος, σὰρξ γίνεται. 14 καὶ ἐν μέσῳ τῆς σαρκὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέχει, 15 δι' οὗ πνέει, 16 καὶ τὴν αὔξησιν ἴσχει.

VI. Ἡ δὲ γυνὴ, ὁκόταν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, ὑπὸ τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, διὰ τόδε ἐ πονέεται, 2 ὅτι τὸ αἷμα ἀθρόον ἐστὶ, 3 βύζην ἀπιὸν καὶ μιῆναι ἔχουσαν· 4 ἀλλὰ χωρέει σὺν χῷ καὶ ὀλίγον ἄνδρα πονεῖ καθ' ἡμέρην ἐς τὰς μήτρας, 5 καὶ τὸ ἔνδον ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνεὸν αὔξεται. 6 καθ' ἡμέρην δὲ ἑκάστην τοῦτο ἕνεκα χωρέει, 7 ἀλλ' οὐκ ἐς ἅπαξ καὶ μιῆναι· 8 ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γυνὴ ἐοῦσα, ἕλκει ἀπὸ τοῦ σώματος αἰεὶ, 9 ὅκως ἂν καὶ ἰσχυρὰ ἐμὸν ἔχῃ. 10 τούτῳ καὶ ἡ πνοή. 11 καὶ τὸ μὲν πρῶτον σμικρὴ ἡ πνοὴ γίνεται), 12 καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον χωρέει ἀπὸ τῆς μητρός. 13 ὁκόταν δὲ ἡ πνοὴ ἐπὶ πλεῖον γένηται, μᾶλλον ἕλκει τὸ αἷμα, καὶ ἐπὶ πλεῖον καταίρχεται ἐπὶ τὰς μήτρας. 14 τῇσι δὲ ἐν γαστρὶ μὴ ἐχούσῃσι, ὁκόταν τὰ καταμήνια μὴ χωρέῃ, διὰ τόδε ὁ πόνος γίνεται. 15 πρῶτα μὲν διαφορέεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι καὶ μιαίνει ἔκρησιν, ὑπὸ ἀνάγκης τοιῆσδε·

guis à toto corpore mulieris descendens, in orbem forinsecus pelliculam circunstat, simulque cum spiritu sanguis intra per pelliculam trahitur, qua parte perforata est, & genitura distat, congelaturque & futuro animali augmentum præbet. Quum autem tempus accesserit, rursus aliæ pelliculæ intra primam pelliculam tenues & multæ circumtenduntur, eo modo quo prima pellicula facta fuit. Sunt autem & hæ ab umbilico extentæ, & inter se mutua ligamenta habent. Quum vero jam hoc factum est, ex descendente à matre sanguine & congelato, caro fit. Juxta mediam autem carnem umbilicus distat, per quem spirat, & alimentum ac incrementum capit.

VI. At vero mulier quum uterum gerit, à mensibus non prodeuntibus propterea non dolet, quod sanguis non conturbatur, acervatim abire solitus singulis mensibus, sed procedit sensim & modicè citra dolorem, quotidie in uterum ipsum, & quod inest intus in utero augescit. Singulis autem diebus ea gratia procedit, & non semel per mensem, quod genitura in utero existens semper à corpore trahit, prout vires tum ipsa tum spiratio habet. Et primum quidem modica spiratio fit, & sanguis modicus à matre procedit. Quum vero spiratio amplior redditur, magis sanguinem trahit, & uberior is in uterum descendit. Atqui uterum non gestantibus ubi menses non prodierint, propterea dolor oboritur. Primum quidem sanguis in corpore singulis mensibus turbatur ab hujusmodi neces-

τοιῆσδε· [16] ὅτι μὲν μείωσις ἀφ' ἑφθέρης πολλῆ, [17] καὶ κατὰ ψύξιν καὶ κατὰ θερμασίην. [18] καὶ τοῦτο αἰσθάνεται γυναικὸς τὸ σῶμα· [19] ὑγρότερον γάρ ἐστιν ἢ τὸ ἀνδρός. [20] ὅκου δὲ παραχθὲν τὸ αἷμα καὶ ἐπλήρωσε τὰς φλέβας, καὶ ἀπέρχεται ἀπ' αὐτοῦ. [21] καὶ πως τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ φύσει ὑπῆρξεν.

VII. Ὅταν μὲν οὖν ἀποκενωθῇ τὸ αἷμα ἡ γυνὴ, λαμβάνει ἐν μήτρῃ· [2] εἰ δὲ πλήρης ἔῃ, οὔ. [3] κενέων γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβῶν γινομένων καὶ αἵματος, λαμβάνουσι μετὰ σφᾶς αἱ γυναῖκες τὰς παῖδας. [4] μετὰ δὲ τὸν καθαρμὸν τῶν καθαρσίων, αἱ γυναῖκες λαμβάνουσι ἐν μήτρῃ. [5] αἴτιον δὲ τὸ εἰρημένον. [6] ὁκόταν δὲ παραχθὲν τὸ αἷμα καὶ ἀποκριθὲν, μὴ χωρέῃ ἔξω, ἀλλ' ἐς τὰς μήτρας, [7] αἱ δὲ μήτραι μὴ χαλῶσι, [8] θερμαινόμεναι δὲ ὑπὸ τοῦ αἵματος χρονιώτερον μᾶλλον θερμαίνουσι τὸ ἄλλο σῶμα. [9] ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀναδίδωσι τὸ αἷμα ἐς τὰς φλέβας καὶ σῶμα, [10] ὅπη κατὰ αἱ φλέβες πληρέμεναι πονέουσι, [11] καὶ οἰδήματα παρέχουσιν. [12] ἔστι δ' ὅτε καὶ κίνδυνος ἐνὶ τούτῳ χωλωθῆναι. [13] ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὴν κύστιν πεφύκασι, καὶ πιέζουσι καὶ κλείουσι τὴν κύστιν, καὶ στραγγουρίην παρέχουσιν. [14] ἔστι δ' ὅτε καὶ πλήρεες αἵματος ἐόντες αἱ μήτραι προπίπτουσιν ἢ πρὸς τὰ ἰσχία, ἢ πρὸς τὰ ὀσφύι, καὶ πόνον παρέχουσιν. [15] ἔστι δ' ὁκόταν ἐγχρονίσῃ τὸ αἷμα μῆνας πέντε ἢ ἐξ ἐν τῇσι μήτρῃσι γενόμενον, πῦον γίνεται, [16] καὶ ἐνίοισι διὰ τοῦ αἰδοίου ἐξέρχεται τὸ πῦον. [17] ἔστι δ' ἧσι καὶ περὶ τὸν βουβῶνα ὡς φῦμα γίνεται, κἀκεῖ πῦον γινό-

sitate, [16] quod menſis à menſe multum differt, [17] & ſecundum frigiditatem & caliditatem; [18] atque hoc percipit mulieris corpus. [19] humidius enim eſt quam virile. [20] Vbi autem turbatus eſt ſanguis, & venas implevit, ab ipſo deſcendit, [21] qualis ab initio naturæ fuit.

VII. Quare ſiquidem evacuatur à ſanguine mulier, in ventre concipit: [2] ſi vero repleta fuerit, non. [3] Nam vacuis uteris & venis à ſanguine factis, mulieres in ſe fœtus concipiunt. [4] Etenim poſt menſtrui ſanguinis purgationem mulieres in ventre concipiunt. [5] Cauſa jam dicta eſt. [6] Quando autem conturbatus & ſecretus ſanguis foras non procedit, ſed in uteros, [7] uteri autem non hiaverint, [8] tunc ſane à ſanguine diutius immorante uteri caleſcentes, reliquo corpori calorem tranſmittunt, [9] quandoque etiam ſanguinem in venas corporis diſtribuunt, [10] ut & venæ repletæ doleant, [11] & tumores laxos producant. [12] Quandoque etiam periculum eſt ne claudicatio ex hoc inducatur. [13] Aliquando & veſicam obſident, premuntque ac claudunt veſicam, & urinæ ſtillicidium inducunt. [14] Aliquando pleni quoque ſanguinis exiſtentes uteri procidunt, aut ad coxendices, aut lumbos, & dolorem exhibent. [15] Aliquando ubi ſanguis quinque aut ſex menſes in uteris moram traxit, putrefactus pus fit, [16] & quibuſdam pus per pudendum exit. [17] Sunt etiam quibus circa inguen velut tuberculum fit, illicque ſuppuratum exit.

γλυόμενον, ἐξῆλθε. 18 καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ τῆσι γυναιξὶ τοιαῦτα προσπίπτει, ὁκόταν μὴ ἀποκαθαίρωνται τὰ καταμήνια. 19 ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν αὐτὰ ἐνθάδε; 20 ἐρήσεται γὰρ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασιν. 21 ἀλλ' ὅθεν ἀπέλιπον, περανέω τὸν λόγον.

IIX. Ὁκόταν ἡ γλοιὸς σαρξ, 2 τότε οἱ ὑμένες, αὐξομένου ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνεόντος αἵματος, αὔξονται καὶ αὐτοὶ καὶ καλαπτύσσονται, καὶ μᾶλλον οἱ ἔξωθεν. 3 καὶ τὸ αἷμα καταπλῆθον, τὸ ἀπὸ τῆς μητρὸς, ὅτι ἂν ἡ σὰρξ πνέσσῃ ἕλκυσιν, καὶ ἡ αὔξη ἔσχηται. 4 καὶ, ἢν μὴ χρησίμη, ἐστὶν ἃς καλπὰς τῶν ὑμένων ἀποκένωσις. 5 καὶ, ὁκόταν καλπωθῶσι καὶ τὸ αἷμα δέξωνται, 6 τότε ἤδη καλέεται χορίον. 7 τοῦτο μὲν δὴ περὶ ἐς τοῦτο εἰρήσθω. 8 ἡ δὲ σὰρξ ἡ αὐξομένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀρθροῦται, 9 καὶ ἔρχεται ἐν ταὐτῷ ἕκαστον τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον· 10 τὸ πυκνὸν ὡς τὸ πυκνόν· 11 τὸ ἀραιὸν ὡς τὸ ἀραιόν· 12 τὸ ὑγρὸν ὡς τὸ ὑγρόν. 13 καὶ ἕκαστον ἔρχεται ἐς χώρην ἰδίην 14 καὶ τὸ ξυγγενὲς, ἀφ' οὗ ἐγένετο. 15 καὶ ὅσα ἀπὸ πυκνῶν ἐγλύφθη, πυκνὰ ἐστι· 16 καὶ ὅσα ἀπὸ ὑγρῶν, ὑγρά· 17 καὶ τἆλλα καὶ τὸν αὐτὸν λόγον γίνεται ἐν τῇ αὐξήσι.

IX. Καὶ τὰ ὀστέα σκληρύνεται ὑπὸ τῆς θερμῆς πηγνύμενα. 2 καὶ δὴ καὶ διοζᾶται ὡς δένδρεα, 3 καὶ ἀρθροῦται ἔπ' ἄμφω, καὶ τὰ ἔσω καὶ σώματος, καὶ τὰ ἔξω. 4 ἥ τε κεφαλὴ γίνεται ἀφεστηκυῖα ἀπὸ τῶν ὤμων· καὶ οἱ βραχίονες καὶ οἱ πήχεες ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, 6 καὶ τὰ σκέλεα διίσταται ἀπ' ἀλλήλων. 7 καὶ τὰ νεῦρα ἐπαίσσεται ἀμφὶ τὰς φύσιας τῶν ἄρθρων. 8 καὶ οὐτοσὶ μᾶλλον.

exit. 18 Sed & alia multa hujuscemodi mala mulieribus fiunt, ubi lunares purgationes non procedunt. 19 Sed quid opus est ea hic recensere? 20 Referentur enim in muliebribus morbis. 21 Verum jam repetito eo quod reliqui, sermonem absolvam.

IIX. Quum autem generatur caro, 2 tunc pelliculæ, augescente in utero sanguine, etiam ipsæ augentur ac sinuantur, & præsertim externæ. 3 Et sanguis à matre descendens, quem sane caro spirans attraxerit, in incrementum cedit, 4 & si utilis non sit, in sinus pellicularum secernitur: 5 & ubi sinuatæ factæ fuerint, ac sanguinem susceperint, 6 tunc jam secunda appellatur. 7 Et tantum de hoc mihi dictum sit. 8 Cæterum caro augescens à spiritu articulatur, 9 & abit in hac unumquodque simile ad simile, 10 densum ad densum, 11 rarum ad rarum, 12 humidum ad humidum, 13 & unumquodque in propriam regionem abit, 14 juxta cognationem, ad id à quo genitum est, 15 & quæcunque à densis genita sunt, densa sunt: 16 & quæcunque ab humidis, humida: 17 & reliqua juxta eandem rationem fiunt in incremento.

IX. Et ossa durescunt à calore conglutinata. 2 Et sane ramificantur velut arbor, 3 & tum interna, tum externa corporis, adhuc melius articulantur: 4 ipsumque caput distantiam acquirit ab humeris, 5 & brachia ac cubiti à lateribus: 6 & crura inter se disparantur: 7 & nervi exiliunt circum naturas articulorum: 8 & os per se diducitur,

μῆται. 9 καὶ ἡ ῥὶς, ⁊ τὰ ὦτα ἀφίσταται ἐν τῇ σαρκὶ, καὶ τετρύπωται. 10 καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐμπίπλανται ὑγροῦ καθαροῦ. 11 καὶ τὸ αἰδοῖον δῆλον γίνεται, ὁπότερόν ἐστι. 12 καὶ τὰ σπλάγχνα ἀρθροῦται. 13 καὶ δὴ καὶ τοῖσιν ἄνω τὴν πνοὴν ποιέεται, τῷ τε στόματι καὶ τῇ ῥινί. 14 καὶ ἡ τε κοιλίη φυσᾶται. 15 καὶ τὰ ἔντερα καὶ φυσώματα καὶ τὸ ἄνωθεν ἐπιλαμβάνει· ἀρξάμενα ὀμφαλοῦ πνοὴν ἀμοιλοῦσι. 16 ⁊ ἐς τὸν κύστιν ὁδὸς γίνεται ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ τῶν ἐντέρων ἔξω, 18 ⁊ ἐς τὴν κύστιν ὁδὸς ἔξω. 19 τούτων δὲ ἀρθρουμένων ἀπὸ τῆς πνοῆς ἕκαστα. 20 φυσώμενα γὰρ διίσταται ξύμπαντα καὶ συγχύδην. 21 καὶ γὰρ, εἰ θέλοις αὐλίσκον ὠοστοδόκην τῇ κύστει, καὶ ἀρξάμενος αὐλίσκειν ἐμβαλεῖν ἐς τὴν κύστιν γῆν τε καὶ ψάμμον, ⁊ μηλίδα καὶ κόπρον μᾶλλον ἢ τὴν, καὶ ὕδωρ ἐπιχέας φυσῶν ἀρξάμενος αὐλίσκειν, 22 πρῶτον μὲν ἐκεῖνα ἀναμεμίξεται τῷ ὑδατι· 23 ἔπειτα δὲ, χρόνῳ φυσώμενα ἐλεύσεται ὁ μὲν μηλίδα ὡς τὸν μηλίδα, καὶ ἡ ψάμμος ὡς τὴν ψάμμον, ⁊ ἡ γῆ ὡς τὴν γῆν. 24 καὶ εἴ τις αὖ τὰ ἀνεθλιμμένα ἀφείη, 26 ⁊ διαῤῥήξας τὴν κύστιν σκέψηται, 26 διῆκται αὖ τῶν τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον ἐληλυθός. 27 οὕτω δὴ καὶ ἡ γονὴ καὶ σὰρξ ἀρθροῦται, 28 ⁊ ἕρπει ἕκαστον ἐν ἑαυτῷ τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον. 29 ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἰρήσθω.

X. Καὶ γέγονεν ἤδη παιδίον, 2 καὶ ἐς τοῦτο ἀφικνέεται, τὸ μὲν ἧλυ τὴν πρώτην ἐν τεσσαρακονθημέρῃσι καὶ δύο τὸ μακρότατον· 3 τὸ δ' ἄρσεν, ἐν τριήκονθα ἡμέρῃσι τὸ μακρότατον. 4 ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ

citur, 9 & naſus, & aures eminent in carne, ac perforantur: 10 & oculi implentur humore puro, 11 & pudendum conſpicuum fit utrum tandem ſit: 12 & viſcera coarticulantur: 13 & jam etiam ſupernis partibus ſpirationem facit, tum ore, tum naribus: 14 & venter inflatur, 15 & inteſtina inflata ſuperne, per umbilicum ſpiritum aſſumunt, 16 ac diſperdunt: 17 & in podicem via fit à ventre ac inteſtinis foras, 18 & in veſicam via foras. 19 Atque hæc omnia à ſpiritu coarticulantur. 20 Nam inflata diſparantur omnia, juxta cognationem. 21 Etenim ſi velis fiſtulam veſicæ alligare, & per fiſtulam immittere in veſicam, terram & arenam, & plumbi tenuia ramenta, inſuperque infuſa aqua in fiſtulam inflare, 22 primum quidem illa aquæ permiſcentur, 23 deinde vero temporis progreſſu inflata ſecedent, & abibit plumbum ad plumbum, arena ad arenam, terra ad terram. 24 Et ſi quis ipſa arefieri permittat, 25 & diffracta veſica contempletur, 26 inveniet ſimile ad ſimile progreſſum eſſe. 27 Sic ſane etiam genitura & caro coarticulatur, 28 & unumquodque in ipſa ſimile ad ſimile abit. 29 Atque hæc mihi de hoc dicta ſunt.

X. Et factus jam eſt puer, 2 & ad hoc pervenit fœmella quidem in quadraginta & duobus diebus ut longiſſime, primam coagmentationem ac coarticulationem accipiens: 3 maſculus vero ut longiſſime, in triginta diebus. 4 Vtplurimum enim hoc tempore, aut paulo breviore, aut paulo longiore, articulatio ipſis contingit.

πολὺ ξυμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἢ ὀλίγῳ μείονι, ἢ ὀλίγῳ πλείονι, ταῦτα ἀφαρπάζει. [5] Καὶ γὰρ 27
ἡ κάθαρσις γίνεται τῇσι γυναιξὶ μὴ τὸν τόκον ὡς ἐπὶ πολὺ, [6] ἐπὶ μὲν τῇ κύρῃ, ἐν ἡμέρῃσι τεσσαράκοντα καὶ δύο· [7] ὅπως ἡ χρονιώτατη καὶ πλείη. [8] ἀκίνδυνος δὲ μὴ αὖ εἴη, καὶ ἐν εἴκοσι καὶ πέντε ἡμέρῃσιν εἰ καθαίροιτο. [9] ἐπὶ δὲ τῷ κύρῳ ἡ κάθαρσις γίνεται ἡμέρῃσι τριήκοντα. [10] ὅπως ἡ χρονιώτατη καὶ πλείη. [11] ἀκίνδυνος δὲ μὴ αὖ εἴη ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσιν εἰ καθαίροιτο. [12] Ἔσχατον δὲ ὑστάτῳ χρόνῳ ἐλαχίστη χωρέει ἡ κάθαρσις. [13] ἐπὶ δὲ τῇσι νεωτέρῃσιν ἐλάσσοσιν ἡμέρῃσι καθαίρεται· [14] ἐπὶ δὲ τῇσι πρεσβυτέρῃσι, πλείοσι.

XI. Μάλιστα δὲ πονέονται αἱ γυναῖκες ἐν τῷ τόκῳ, [2] καὶ ἐν τοῖσι λοχίοισιν αὖ μετὰ τόκοι, [3] καὶ αἱ ἐλάσσω τέκνα τῶν πλείω τεκνίων μᾶλλον πονέουσι. [4] αἱ δὲ καθάρσιες αἱ ἐκ τοῦ τέκνου τῇσι γυναιξὶ τούτου εἵνεκα γίνονται, [5] ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ μέχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων καὶ δύο ἐπὶ τῇ κύρῃ, [6] ἐπὶ δὲ τῷ κύρῳ μέχρι τριήκοντα ἡμερέων ἐλάχιστον αἷμα κατέρχει· ἐπὶ δὲ αὔξῃ τῷ παιδίῳ· [7] τὸ δὲ ἀπὸ τούτου πλεῖον, μέχρι αὖ τέκῃ. [8] δεῖ δὴ τὴν κάθαρσιν ἀποδοθῆναι ἐν τοῖσι λοχίοισι, [9] καὶ ἐξιέναι ἔξω, καὶ τὸν λόχον τῶν ἡμερέων.

XII. Ἀρχὴ δὲ γίνεται τοιαύτη τῇ γυναικί. [2] ἐν τῇ ὠδῖνι τὸ αἷμα παρέστη τῇ γυναικὶ [3] καὶ θερμαίνεται πάνυ ὑπὸ τῆς κινήσιος καὶ παιδίου θέναρος ἐούσης. [4] παρέχθεν δὲ, πρῶτον μὲν ἔρχεται ἔξω. [5] ἔπειτα τὸ παιδίον. [6] μετὰ δὲ τὸ παιδίον, ἰχὼρ παχὺς αἱματώδης· [7] καὶ ὑφήγησις ἐγένετο τούτῳ, ὥσπερ ὕδατι

git. [5] Nam & purgatio fit à partu utplurimum, [6] in fœmellis quidem, diebus quadraginta & duobus ([7] atque hæc tardissima est, & perfecta. [8] Vacaverit autem periculo, etiamsi in viginti quinque diebus purgetur.) [9] In masculo vero purgatio fit die- 140
bus triginta: [10] atque hæc tardissima est, & perfecta. [11] Citra tamen periculum fuerit, etiamsi in viginti diebus mulier purgetur. [12] Postremo autem tempore purgatio quam pauciſſima procedit, [13] & in junioribus paucioribus diebus purgantur, [14] in senioribus vero pluribus.

XI. Cæterum maxime laborant ac dolent in partu, [2] & partus purgationibus mulieres primiparæ, [3] & quæ rarius pariunt magis dolent, quam quæ fæ- 145
pius. [4] Atqui purgationes à partu mulieribus ea gratia fiunt, [5] quod primo tempore usque ad dies quadraginta duos in fœmella, [6] in masculo vero ad dies triginta, pauciſſimus sanguis in augmentum pueri descendit: [7] ab hoc autem tempore copiosior, donec pariat. [8] Oportet itaque purgationem reddi in toto puerperii tempore: [9] & foras exire ac respondere pro dierum ratione ac proportione.

XII. Principium autem hu- 150
jusmodi purgationis tale mulieri sit. [2] Dum ex partu laborat, conturbatur sanguis mulieri, [3] & à forti pueri motu vehementer calescit. [4] Conturbatus autem, primus quidem foras prodit: [5] deinde puer: [6] post puerum vero, mucus crassus sanguinolentus: [7] & deductio contingit huic, quemadmodum

aquæ

ὕδατα ἐπὶ τραπέζης. [8] ἔπειτα μετ' ἐκεῖνον ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας χωρεῖ ἡ κάθαρσις; [9] ἕως ἂν εἰρημένῳ χρόνῳ; [10] πολλὴ ἀττικὴ κοτύλη ὅλη καὶ ἡμίσεια τὸ πρῶτον, ἢ ὀλίγῳ πλείων, ἢ ὀλίγῳ ἐλάσσων, [11] καὶ λοιπὸν τότε μέχρις αὖ λήξῃ. [12] χωρεῖ δὲ αἷμα οἷον ἀπὸ ἱερείου, λοὺ [13] ὑγιὴς ἦν ἡ γυνὴ, καὶ λοὺ μέλλῃ ὑγιαίνειν, [14] ἐς ταχὺ πήγνυται· [15] λοὺ δὲ μὴ ὑγιὴς ἦν ἡ γυνὴ, μηδὲ μέλλῃ ὑγιαίνειν, χωρεῖ ἡ κάθαρσις ἐλάττων, [16] καὶ εἶδος πονηροτέρη, [17] καὶ ἐς ταχὺ πήγνυται. [18] ὧδε δὲ τοῦτο ἔχει. [19] λοὺ τι ἡ γυνὴ ἐν μήτρῃσι ἔχουσα νόσημα ἔχῃ μὴ ξυγγενές, [20] ἐν τῇ λοχίῃ καθάρσι ἀπόλλυται. [21] λοὺ δὲ μὴ ἀποκαθαίρηται ἐν τῇσι πρόσθεν ἡμέρῃσιν ἐν μήτρῃσι ἔχουσα σῦθος, ὑγιὴς ἔσται, εἴτε ἐς μὴ, [22] ἐσσυθὴν δὲ οἱ ἡ κάθαρσις, εἴτε ὑπὸ φαρμάκων, εἴτε ἐς αὐτομάτη ἐξαίφνης, [23] καὶ λοιπὸν τῶν ἡμερέων χωρήσῃ, ἐν αἷς χωρεῖ ἐς ἅπαξ.

aquæ effusæ in mensa. [8] Postea post illum per omnes dies purgatio procedit, [9] usque ad prædictum [1] tempus; [10] copia Attica[15] cæ heminæ unius & dimidiæ primum, aut paulo plus minusve, [11] pro ejus temporis ratione, donec desinat. [12] Procedit autem sanguis velut à victima, [13] si sana est, & sana futura est mulier, [14] & statim congelatur. [15] Si vero mulier sana non est, neque sana futura est, purgatio paucior procedit, [16] & specie deterior, [17] & non cito congelatur. [18] Id vero hoc modo habet. [19] Si mulier uterum gestans morbum habuerit [1] non[16] cognatum, [20] in puerperii purgatione perit. [21] Si vero non purgetur in prioribus diebus uterum gerens, statim sana existens, aut etiam non, [22] commoveatur autem ipsi purgatio sive à pharmacis, sive sua sponte derepente, [23] juxta dierum rationem procedet, quibus non una vice procedit.

XIII. Ἡν γὰρ μὴ ἀποκαθαίρηται τὰ λόχια ἡ γυνὴ, νοῦσος αὐτῇ μεγάλη ἔσται, [2] καὶ κινδυνεύσει ἀποθανεῖν, [3] λοὺ μὴ μελεδαίνηται ἐν τάχει, [4] καί τις αὐτῇ προσήκουσαν ἐπάγῃ τὴν κάθαρσιν. [5] ταῦτα δὴ εἰσενείκαμεν ὧδε περὶ τούτου, [6] ὅκως ἀποφαίνω, ὅτι τὰ παιδίων γίνεται ἡ διάκρισις τῶν μελέων ἡ μακροτάτη [7] ἐπὶ μὲν τῇ κύρτῃ ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν, [8] ἐπὶ δὲ τῷ κύρτῳ, ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσιν. [9] ἰσόρροπον δὲ ἡ κάθαρσις τῶν λοχίων, [10] ὅτι ἐπὶ μὲν τῇ κύρτῃ γίνεται ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν, [11] ἐπὶ δὲ τῷ κύρτῳ ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσιν, ἡ χρονιωτάτη. [12] μέλλω δὲ τὸ δεύτερον γε τοῦτο ὀνομάζειν,

XIII. Si enim non purgetur mulier à purgationibus partus, morbus magnus ipsam corripiet, [2] & periculum vitæ incurret, [3] nisi cito curetur, [4] & quis [1] convenientem ipsi purgatio-[16] nem inducat. [5] Hæc propterea produxi, ut ostenderem [6] quod in pueris membrorum discretio longissima contingit, [7] in fœmella in quadraginta duobus diebus, [8] in masculo in triginta. [9] Argumento est purgatio à partu, [10] quæ in fœmella fit in quadraginta duobus diebus, [11] in masculo in triginta, ut tardissime contingat. [12] Repetam autem iterum eandem rem iisdem verbis, majoris lucis [1] ac declarationis[17] gra-

σαφλωίης ἕνεκα. [13] φημὶ γὰρ ἀνταποδίδοσθαι, [14] ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνέσῃ τῇ γονῇ, ἐλάχιστον αἷμα ἔρχεται ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰς μήτρας ἢν λευκὴν γονὴν ἐχούσης ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν. [15] ἐν γὰρ ταύτῃσι διαρθροῦται τὰ μέλεα τῶν παιδίων. [16] ἀπὸ δὲ τούτου χρόνου ἐπὶ πλέον ἔρχεται τὸ αἷμα. [17] καὶ ἐπὶ τῷ κάρῃ πάλιν, καὶ λόγον τῶν τεσσαράκοντα ἡμερέων. [18] ὧδε δὲ ἔχει ἕτερον ἰσχυρὸν τοιόνδε, ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἀληθέα.

XIV. Τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, ὁκόταν ἡ γονὴ ἐς τὰς μήτρας πέσῃ, [2] ἐλάχιστον αἷμα ἔρχεται ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐς τὰς μήτρας· [3] ἔπειτα δὲ ἐπὶ πλέον. [4] εἰ γὰρ ἀθρόον καὶ πολὺ ἔλθοι ἐς ἅπαξ, [5] ἐπὶ οὐ δυνατὸν ἦν τὴν γονὴν πνοὴν ἔχειν, ἀλλ' ἀποπνιγείη ἄν, καὶ αἷμα ἰδίῃ πολλῷ. [6] ἀνταποδίδοται δὲ ἐν τῇ καθάρσι τἀναντίον. [7] χωρέει γὰρ ἡ κάθαρσις τῶν λοχίων ἐν τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων πλείστη· [8] εἶτα ἐπ' ἐλάσσω, ἕως λήξῃ. [9] πολλαὶ δὲ γυναῖκες ἤδη διέφθειραν κοῦρον ὀλίγῳ πρόσθεν τελέσθαι ἡμερέων, [10] καὶ ἄναρθρον ἐφάνη. [11] ὁκόσοι δὲ ὕστερον, ἢ ἅμα τῇσι τελέσθαι ἡμέρῃσι, [12] διηρθρωμένα ἐφάνη ἐόντα. [13] καὶ ἐπὶ τῇ κόρῃ καὶ λόγον τῶν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμερέων. [14] ὁκόταν γὰρ διαφθαρῇ, φαίνεται ἡ διάρθρωσις τῶν μελέων. [15] εἴτε πρόσθεν φθαρῇ τὸ παιδίον, εἴτε ὕστερον, ὧδε φαίνεται, [16] καὶ λόγῳ καὶ ἀνάγκῃ ἡ διάρθρωσις ἔσται, [17] ἐπὶ μὲν τῇ κόρῃ ἐν τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν, [18] ἐπὶ δὲ τῷ κάρῃ ἐν τελέσθαι. [19] ἰσορέουσι γὰρ αἱ ἐξαμβλώσιες τῶν παιδίων, [20] καὶ τῶν λοχίων αἱ καθάρσιες. [21] αὐτόπον δὲ ἐστιν,

gratia. [13] Dico enim talionem rependi, [14] quod genituræ in utero existenti pauciſſimus ſanguis à matre in uterum venit, ſi fœmineam genituram habeat, in quadraginta duobus diebus, [15] in his enim coarticulantur puerorum membra: [16] ab hoc vero tempore copioſior ſanguis venit. [17] Et in maſculo rurſus juxta rationem dierum triginta. [18] Quod vero hæc vera ſint, etiam alterum teſtimonium ad- 175
eſt, hoc modo habens.

XIV. Primis diebus ubi genitura in uteros illapſa eſt, [2] pauciſſimus ſanguis à muliere in uteros venit, [3] deinde copioſior. [4] Si enim acervatim & multus ſemel veniret, [5] genitura ſpirationem habere non poſſet, ſed ſanguine multo accedente ſuffocaretur. [6] Rependitur autem in purgatione vice verſa, [7] purgatio enim puerperii in primis diebus plurima procedit, [8] deinde paucior, donec deſinat. [9] Mul- 180
tæ autem mulieres puerum maſculum jam perdiderunt paulo ante trigeſimum diem, [10] & inarticulatus apparuit. [11] Qui vero poſterius perditi ſunt, aut ſimul cum trigeſimo die, [12] omnes articulati apparuerunt. [13] In fœmellaitidem juxta rationem quadraginta duorum dierum habet. [14] Nam ubi his abſolutis perditur, articulatio membrorum apparet. [15] Sive autem prius ſive poſterius perdetur puer, juxta hanc rationem apparet. [16] Nam 185
& ſecundum rationem & neceſſitatem, articulatio contingit [17] in fœmella, in diebus quadraginta duobus, [18] in maſculo, in triginta. [19] Teſtimonium enim præbent abortus puerorum, [20] & à partu purgationes. [21] Quod autem

ἐστιν, ὅπ τὸ θῆλυ πήγνυ) ὕστερον, κ) διαρθροῦται, [22] ὅπι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη ἐστι, κ) ὑγροτέρη τ θηλείης, ἡ δ' ἄρρενος. [23] κ) ἀνάγκη ἐστὶ κ) τοῦτον τὸν λόγον, ὕστερον πήγνυσθαι τὸ θῆλυ, ἢ τὸ ἄρρεν. [24] καὶ ἡ κάθαρσις χρονιωτέρη τύτου εἵνεκεν ἐπὶ τῇ θηλείᾳ ἢ τῷ ἄρσενι γίνε). [25] ἀναδήσομαι δ' αὖθις ὀπίσω, ὅθεν ἀπέλαβον.

xv. Ὁκόταν δ' διαρθρωθῇ τὸ παιδίον, [2] τὰ εἴδεα τ μελέων αὐξομένων αὐτῶ, [3] τότε ὀστέα ἐπισκληρότερα γίνε), [4] καὶ κοιλαίνεται. [5] κ) τοῦτα ὑπὸ πνεύματ@ γίνε). [6] κοῖλα δ' ἐόντα ἕλκει ἐς ἑωυτὰ ἀπὸ τ σαρκῶν τὸ αἷμ- μάλωπ@ τὸ πιώτατον, [7] κ) χρόνῳ διοδεύσαντι αὖθις τὰ ἄκρα τῶν ὀστέων. [8] ὥσπερ δενδρέων τὰ ἀκρότατα ὕστατα ὀζε). [9] ἕτω δ' παιδὸς διιστανται ἀπ' ἀλλήλων οἱ δάκτυλοι τ χρῶν κ) τ ποδῶν. [10] ἐπὶ δ' αὐτῶν τ ἄκρων οἱ ὄνυχες φύον).

xvi. Τελευτῶσι δ' αἱ φλέβες αἱ δ' ἀνθρώπ πᾶσαι, ἐς τὰς δακτύλους τ ποδῶν κ τῶν χρῶν. [2] κ) παχύτατ) μὲν εἰσιν αἱ ἐν τῷ σώματι φλέβες, αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ. [3] ἔπειτα δ' ἐν τοῖσι σκέλεσι καὶ τοῖσι βραχίοσι κ) τοῖσι πήχεσιν. [4] ἐν δ' τοῖσι ποσὶ κ τῇσι χερσὶ λεπλότατ) κ πυκνότατα κ) θολέεσται φλέβες εἰσὶ, [5] καὶ νεῦρα λεπλότατα κ) πυκνότατα καὶ θολέεσται. [6] κ) ὀστέα ἐλάχιστα τῷ μεγέθει. [7] τῶν δ' χρῶν κ τ ποδῶν ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῦτα μάλιστά ἐστιν. [8] ἐκ δ' τ δακτύλων, ἅτε πυκνὰ ἐχόντων ὀστέα κ σμικρὰ, [9] καὶ φλέβας κ νεῦρα. [10] ἔτως. οἱ δ' ὄνυχες φύον) ἐξ αὐτῶν λεπτοὶ κ πυκνοὶ, [11] καὶ ἀπολαμβάνεσι τ φλε-

tem fœmella posterius conformatur ac coarticulatur, causſa hæc eſt: [22] quod genitura fœminea debilior eſt ac humidior quam maſcula, [23] & juxta hanc rationem neceſſe eſt posterius conformari fœmellam quam maſculum, [24] atque ea gratia etiam purgatio diuturnior eſt in fœmella quam maſculo. [25] Redibo autem rurſus retro unde digreſſus ſum.

xv. Poſtquam jam articulatus fuerit puer, [2] ſpeciebus membrorum ipſius augeſcentibus, [3] tunc & oſſa duriora fiunt, [4] & cavantur, [5] atque hæc à ſpiritu fiunt. [6] Cava autem exiſtentia trahunt ad ſeſe à carnibus quod in ſanguine eſt pinguiſſimum: [7] & progreſſu temporis ramificantur rurſus extremitates oſſium. [8] Quemadmodum arboris extremitates poſtremum ramos ſpargunt, [9] ſic & in puero digiti manuum ac pedum inter ſe diſparantur. [10] In ipſis autem extremitatibus ungues enaſcuntur.

xvi. Definunt autem venæ hominis omnes in digitos manuum ac pedum. [2] Et craſſiſſimæ quidem ſunt venæ totius corporis, venæ capitis, [3] deinde crurum, & brachiorum ac cubitorum. [4] In pedibus autem & manibus tenuiſſimæ ac denſiſſimæ & plurimæ venæ ſunt. [5] Nervi item tenuiſſimi ac denſiſſimi & plurimi, [6] & oſſa magnitudine minima, [7] atque hæc maxime in digitis manuum ac pedum exiſtunt. [8] Verum ex digitis, utpote oſſa denſa ac parva habentibus, [9] venas itidem ac nervos, [10] ſic etiam ungues tenues ac denſi naſcuntur, [11] & intercipiunt ac con-

φλεβῶν τὰ ἄκρα, [12] ὥστε μηκέτι αὔξεσθαι αὐτὰς, [13] μηδὲ ὑπερέχειν ἑτέρας ἑτέρων. [14] ὥστε μὴ θαυμάζειν, ὅτι οἱ ὄνυχες ἐξωθοῦνται· σώματα γὰρ πυκνότατά ἐστιν. [15] ὄντων γὰρ τῶν πυκνοτάτων ἐστίν. [16] ἅμα δὲ τρίχες ἐν τῇ κεφαλῇ ῥιζοῦνται.

concludunt ' venarum extremitates, [12] ut ne amplius augescant, [13] neque altera alteri præmineat: [14] ut nihil miri sit ungues in extrema corporis parte densissimos esse, [15] ex densissimis enim constant. [16] Simul autem cum unguibus etiam capilli in capite radicantur.

VII. Cum Luna erit in Leone, & Saturnus aſpexerit eam ex quadrato vel oppoſitione, morbus erit propter lienem, dolebit capite, & vomitum patietur, is tandem deſcendet prope occaſum, & febris ejus intenſiſſima: languor vero erit magis internus, quam externus cum defectu lubricitatis ventris. Quod ſi Luna nullam aſpexerit fortunam, occidet ille, cum pervenerit Luna ad quartum aſpectum Leonis. At ſi forte fortuna aſpexerit eam, ſalutem recipiet, cum venerit ad quartum aſpectum. [2] Si vero Luna fuerit in Leone, & Mars eam aſpexerit ex aſpectu quarto vel oppoſitione, morbus erit ex ubertate ſanguinis, is vehementer calefiet, & corripietur duabus febribus. Utatur ergo frigidis & ſiccis, tum poculentis, tum eſculentis. [3] Si Luna fortunam aſpexerit bono aſpectu, poſt magnam defatigationem melius: quod ſi non aſpexerit fortunam, deterius erit. Quare ſi fortunam bono aſpectu non aſpexerit, certo morietur, quando venerit ad oppoſitionem loci, in quo fuerat morbus in principio. [4] Si vero prius aſpexerit infortunium, quam venerit Luna ad quartum aſpectum, morietur. Si vero, Luna exiſtente in Leone, Mars eam proſpexerit, vel Sol quarto aſpectu, ardenter viſceribus ardebit, pectore & capite dolebit, & pedes manuſque habebit frigidas. Huic tandem neceſſario vena ſecanda erit, dum non fuerit Luna in ſigno, quod impedit ſectionem: ſin autem fuerit, morandum erit, donec Luna venerit ad medietatem ſui luminis, & illines pedes languentis linimento, quod tollit frigiditatem. [5] Si Mars vel Sol fuerit cum Luna in eodem ſigno, morbus procedet ex dolore cordis. Quando vero Luna venerit ad quartum aſpectum illius loci, in quo fuerat à primordio, valde timendum erit ægro. Cum autem Luna caruerit dictis aſpectibus, & invenerit Jovem in itinere, aut Venerem, priuſquam venerit ad quartum aſpectum, tum balneandum ſuadeo, vel in frigido loco ſtandum. [6] Si vero Luna Saturnum invenerit, morbus is vertetur ad veſicam, ſed ſanabitur, cum pervenerit Luna ad locum, in quo fuerat. [7] Quando Luna invenerit Solem aut Martem, & fuerit cum ea Saturnus vel Mercurius, veniet ad extrema, ut diximus, ex dolore cordis, & erit longus morbus, & timendum erit, ne in phthiſin vertatur. Utendum erit rebus temperatis in frigiditate, neque debet jacere in loco lucido. [8] Et erit reſpiciendum, quando Luna venerit ad quartum aſpectum loci illius, in quo erat, cum incidit in morbum. Nam ſi morbus creverit, erit diuturnus, & morietur: ſin minuitur, evadet, cum Luna venerit ad oppoſitionem. [9] Quod ſi Luna inve-

invenerit infortunium, vivet ille, donec Luna peregerit cursum ad locum usque, in quo fuerat, cum æger incidit in morbum.

VIII. Cum fuerit Luna in Virgine, & Saturnus invenerit eam ex quarto aspectu, vel eam prospexerit ex oppositione, qui tum inciderit in languorem, ventriculi dolorem patietur, & ventris & intestinorum, vel ei congestum erit apostema ex pituita alba. Is quandoque patietur calorem, & erit illi pulsus debilis. Ejus vero morbum nemo potest cognoscere, nisi fuerit astronomus. Utatur is, rebus frigidis & temperatis. Indiget curatione abscessus sine apertione. Morbus is tandem longus futurus est. Sin autem Luna aspexerit fortunam, evadet, sed post multos dies: Quod si infortunium aspexerit, occumbet die quadragesimo. [2] Cum Luna fuerit in Virgine, eamque Mars respexerit, vel Sol ex quarto vel oppositione, morbus productus erit ex magno interno calore. Huic succedit frequens affellatio, projicit & sanguinem, & venenum, vel humores præferentes aconitum. Pulsus ejus est validus: tamen quandoque non invenitur. Patitur & cordis languorem, & ventriculo laborat. Medicina illi tandem potens negatur, sed stypticum medicamen, & ventriculum roborans detur. Utatur ergo & alimento, & medicamento leni. Quod si infortunium aliquod aspexerit eam, morietur ille, & brevi tempore, ad dies trigiuta; sin vero aspexerit eam aliqua fortuna, vivet ille. [3] Cum fuerit in Virgine cursu vacua, ægro stomachus erit debilis, & fluxum quandoque ventris patietur, & lotium, dum mingit, vesicam afficit, vexatque bilis prasina hominem, & cum difficultate mingit. [4] Si fuerit cum ea Mars, vel Mercurius, vel Sol, morbus ejus erit gravis, & vix loquitur, & fluxum ventris patitur. Indiget ergo ventrem stipantibus. Verendum autem est illi, ne occumbat, cum Luna venerit ad oppositionem loci, in quo fuerat ab initio morbi: quam si fortuna aspexerit, vivet ille, sin autem, morietur. [5] Quod si inveneris Saturnum cum Luna, vel Mercurium, aut Venerem, seu Jovem, hic morbus erit nimium diuturnus, capitis languorem patietur etiam, neque liber erit morbo, donec venerit Luna ad locum, in quo fuerat ab initio morbi.

IX. Luna cum fuerit in Libra, & Saturnus eam aspexerit ex quarto aspectu vel oppositione, morbus productus erit ex nimio potu vini, majorque erit morbus is, cum Luna fuerit in diminutione luminis & graduum. Is tandem afficitur oculis, dolet temporibus, queritur pectore, tussis ex pituita in pulmone concitatur, illi moventur & sternutamenta, afficitur & febre quadam levi. Is demum eget medicina temperata, & regimine vitæ utatur temperato. Sin autem Lunam inspexerit Mars aspectu quarto vel oppositio, morietur ille. Quod si eam non aspexerit, vivet & liber erit, quando Luna venerit ad oppositionem loci, in quo fuerat à principio lan-

languoris. [2] Quum autem Luna fuerit in Libra, eamque aſpexerit Mars quarto aſpectu, vel Saturnus oppoſitione, morbus erit ex ſanguine, & febris erit vehemens & nocturna, prava occurrent ſomnia, etſi vix poterit dormire, plerunque & apoſtema congeritur illi ex pituita alba. Is tandem neceſſario medendus eſt temperato medicamine. Cumque Lunam non inſpexerit aliquod infortunium, evadet ille. Sin autem fuerit oppoſitum, cum venerit ad oppoſitionem morietur ſpatio vigintitrium dierum, vel trigintatrium. Cumque Luna aſpexerit aliquam fortunarum, ſanabitur ille, cum Luna venerit ad oppoſitionem loci, in quo erat ab initio morbi. [3] Sed cum Luna in Libra fuerit peregrina, æger pedibus, vel manibus laborat, & febrit, graves oculos, & ſomnolentos habens, balbutit loquendo. Eget pharmaco, & frigido vitæ regimine, atque humido. Secanda erit vena illi. Cum Luna egreſſa fuerit è loco, in quo erat à principio morbi, & invenerit fortunam, vel ſecum erit, recipiet ſanitatem, cum Luna venerit ad oppoſitionem: ſin oppoſitum acciderit, morietur. [4] Quumque Luna erit in Libra, Solque vel Mars erit in oppoſitione ejus, gravis erit morbus in capite. Quod ſi fuerit Mercurius cum Luna, idem erit: tamen oculi ejus opplentur lachrymis. Indiget tandem minutione ſanguinis, & ſolventi medicamine. Tamen ſi Luna invenerit Jovem ante Venerem, quando egreditur de loco, in quo erat ab initio languoris, ſanabilis erit; ſin vero eſſet oppoſitum, morietur ille.

x. Cum Luna fuerit in Scorpione, eamque Saturnus aſpexerit aſpectu quarto, vel erit in oppoſitione ſigni illius, in quo quis incidit in morbum, morbus ejus erit ex peccato ſanguinis corrupti, vel ex veneno. Quod ſi Luna erit in diminutione luminis, & non aſpexerit eam fortuna, morietur ille. Cum autem erit addens lumini & gradibus, & fortuna aſpexerit eam, vivet ille. [2] Tamen dum Luna erit in Scorpione, Marſque eam, & Jupiter inſpexerint quarto aſpectu: vel oppoſitione, intenſus febrientis erit calor. Is eget temperato pharmaco ſolventi. Sed cum Luna inde receſſerit, poſtmodum jungitur Jovi, valetudinem recipiet ille. [3] Luna etiam exiſtens peregrina in Scorpione, languoris pedum eſt cauſa, morbuſque ab initio levis eſt, neque æſtimatur. Ideo fovetur, plerunque & abſceſſum producit, ejuſque & veſica afficitur, inque ejus naturalibus apparent puſtulæ. [4] Sed Luna cum venerit ad trinum aſpectum loci, in quo fuerat ab exordio, calidis afficitur febribus. At ſi Luna venerit ad Solem per quartum aſpectum, & fortunam non invenerit, occumbet ille: ſi vero invenerit eam, apparebit apoſtema in aliquo ex dictis locis, tamen vivet ille. Eget autem is medicamento, ut tumor ille aperiatur in balneo tantum, quia alius locus nec calidus, neque frigidus convenit. [5] Cumque etiam Luna fuerit in Scorpione, eritque cum ea Mars atque

Sa-

Saturnus, febriens febriet ardentiſſimis febribus. Propterea ſumat medicamenta, quæ minuunt pituitam: ſed vena non eſt ſecanda illi. Cum Luna egreditur de loco illo, & eam aſpexerit fortuna, ad decimam quartam diem morbus protrahetur. Sin autem non aſpexerit, durabit morbus uſque ad vigeſimum diem.

XI. Cum Luna fuerit in Sagittario, & eam aſpexerit Saturnus quarto aſpectu vel oppoſitione, morbus erit ex phlegmate. Univerſum enim cor afficietur calore: extrema vero frigida erunt, morbuſque durabit, donec Luna Saturno jungetur. Quod ſi invenerit fortunam, non procedet ulterius, quatenus Luna venerit ad oppoſitionem illius loci, in quo fuerat ab initio morbi. [2] Cum vero exiſtente Luna in Sagittario aſpexerit eam Mars quarto aſpectu vel oppoſitione, & addiderit ſuo lumini & gradibus, morbum languentis Medicus nequit diſcernere abſque aſtronomia: quoniam modo de capite, modo de univerſo corpore, modo quoque & aliter queritur; quibus ideo afficitur, quia nimium ſtetit in balneo, & calefactus ſtatim concepit frigus pectore & capite: evomit quoque multum, atque dejicit. Eget ergo ſtipanti medicamine, ſed levi: utatur diæta levi etiam & ſyrupo ſine aceto. [3] Cum vero Luna exierit de Scorpione, & Saturnum invenerit, morietur: at ſi invenerit fortunam, vivet: ſed immenſam patietur fatigationem. [4] Cum Luna eſt in Sagittario cum Jove, aut Venere, languor erit propter tuſſim, cum dolore pectoris: ſed quum Luna ex hoc ſigno egreſſa erit, & aſpexerit eam Saturnus, ad vigeſimum quartum, extendetur morbus, & evadet. Is indiget mollienti medicamine, caveat à balneo, quoniam obeſt.

XII. Luna cum fuerit in Capricorno, eamque Saturnus aſpexerit ex quarto aſpectu, vel ex oppoſitione, & fuerit in diminutione luminis, & graduum, ex nimio labore ſudore perfunditur, & frigore corripitur æger, concluſi ſunt humores, & cerebrum concutiunt ſternutamenta fortia, laborat ventriculo & thorace: febrit etiam propter nimium exercitium, vel ſanguinem. Curetur is rebus temperatis, ut ſyrupo temperato. Tum ſi Luna aſpexerit fortunam, evadet magno tandem cum labore. Si vero fortuna non aſpexerit eam, morietur infra triginta dies. [2] Cum Luna erit in Capricorno, eamque aſpexerit Mars quarto aſpectu vel oppoſitione, morbus erit ex vomitu, atque intenſo calore, patietur ventris ſolutionem, & ventriculus ejus ardebit, & tumefiet ardenter & febriet, plurimo & ſudore perfundetur, ejus pulſus non ſemper erit æqualis. Is ergo eget refrigeranti medicina. Si Lunam aſpexerit fortuna, ſanabitur ille: ſin minus occumbet ad quinquageſimum vel ſexageſimum diem. [3] Cum Luna erit in Capricorno cum Marte & Sole, morbus erit ex labore facto juxta ignem, & propter nimiam caliditatem. Ideo febrit propter motum bilis citrinæ. Caveat ergo à balneo, & non

non perfundat corpus aqua frigida. Sed quando Luna exierit inde, & venerit ad oppoſitum aſpectum, evadet, & erit dies quartadecima.

XIII. In Aquario, cum Luna erit addens lumini & gradibus, eamque aſpexerit Saturnus aſpectu quarto, vel oppoſitione, languentis morbus erit ex nimio labore, fluit ſanguis illi, morbuſque aliquando hujus creſcit & decreſcit. Ideo verendum, ne occumbat in oppoſitione Lunæ. Quod ſi mutatur in melius, vivet ille, fortaſſe ad diem quartumdecimum: ſed morietur die quadrageſimoprimo. [2] Cum vero Luna in Aquario erit peregrina, morbus erit in viſceribus, patitur & febres ardentes diuturnas cum defectu animi: ſed quando Luna erit cum Sole, is erat validior. Aſpice ergo Lunam, quando egreditur è Sole, ſi invenerit fortunam, priuſquam venerit ad locum, in quo erat, cum incidit in morbum, quia evadet: ſin autem fortunam non invenerit, morietur. [3] Cum vero Luna fuerit in Aquario, & Saturnus ſecum erit, morbus ex melancholia procedet, & eſt cholera nigra. Quod ſi Luna erit addens lumini & gradibus, eaque fortunam invenerit, priuſquam erit in oppoſitione loci, in quo ab exordio erat, recipiet valetudinem: at ſi fortunam non inveniet, occumbet ille.

XIV. Quando Luna erit in Piſcibus addens lumini & gradibus, & Saturnus eam aſpexerit ex quadrato vel oppoſitione, morbus erit ex frigiditate, cum dolore capitis & ventris. Huic ergo danda eſt medicina calida, quæ frigus expellat. Si Luna aſpexerit Solem, vivet: tamen, poſtquam ſanitatem recuperaverit, venarum & articulorum patietur affectus. [2] Cum vero Luna fuerit ibidem addens lumini & gradibus, & eam aſpexerit Mars aſpectu quarto vel oppoſitione, morbi cauſa erit nimius potus, & cibus: aucta eſt ergo bilis cum ſanguine. Huic ſecanda eſt vena. Is vero magis dolebit in die, quam noctu. Cum autem fortuna non aſpexerit Lunam in loco, in quo cœpit ægrotare, morietur: ſin vero aſpexerit eam, ſanus erit, cum Luna venerit ad locum, in quo erat ab initio morbi. [3] Cum Luna ſtante in Piſcibus, Venus & Jupiter erunt in eodem ſigno, cum incidit in morbum, morbus productus erit ex ſudore vel ex nimio potu aquæ. Is tandem laborat oculis, & febrit cum frigore. Ab initio demum ſequitur calor. Is eget medicina ſolventi, & calorem pellenti. Cum Luna venerit ad oppoſitum loci, in quo fuerat ab initio morbi, recipiet ſalutem. [4] Cum Luna erit in Piſcibus cum Marte, nimius calor internus concitavit febrem. Indiget ſectione venæ. Cum vero fortuna Lunam aſpexerit, vivet ille: ſi vero oppoſitum erit, occumbet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΜΩΝ.

HIPPOCRATIS DE DIEBVS IVDICATORIIS.

Basil. græc. Foesius sect. II. 24. 56. Basil. lat.

pag 388 ΜΕΓΑ μέρος ἡγέομαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δυνασθαι κατασκοπέειν περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. 2 ὁ γὰρ γινώσκων τοῦτο, οὐκ ἂν μοι δοκέει μέγα σφάλλεσθαι τῷ τέχνῳ. 3 δεῖ δὲ καταμανθάνειν τὰς καταστάσιας τῶν ὡρέων ἀκριβέως, καὶ τὸ νόσον 1 ἑκάστην. 4 ὅ, τι νόσημα ἀγαθὸν, καὶ ὅ, τι κινδυνῶδες, ἢ ἐν τῇ καταστάσι, ἢ ἐν τῇ νόσῳ. 5 ὅ, τι νόσημα μακρὸν, ὅ, τι νόσημα θανάσιμον. 6 μακρὸν, ὅ, τι περίεσκεν, ἢ θανάσιμον. 7 ὀξὺ, ὅ, τι [θανάσιμον ἢ] περίεσκεν. 8 πύξιν τε κρισίμων ἐκ τούτων σκοπέεσθαι. 9 ἐκ τοῦ προλέγειν ἐκ τούτων δύπορέει). 10 ἐπὶ οἷς ἀπὸ τούτων ἔστιν, ἐς, ὅτε, καὶ ὡς δεῖ διαιτᾶν. 11 μέγιστον τοίνυν σημεῖον ἐν τοῖσι μέλλουσι τῶν κεκμηκότων βιώσεσθαι, ἐὰν μὴ παρὰ φύσιν ἡ ὁ καῦσος. 12 καὶ τἄλλα ὁμοίως νοσήματα ὡσαύτως. 13 οὐδὲν γὰρ δεινὸν τῶν κατὰ φύσιν γίνεται, οὐδὲ θανατώδες. 14 δεύτερον δέ, ἐὰν αὐτή τε ἡ ὥρη τῷ νοσήματι ξυμμαχήσῃ. 15 ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ νικᾷ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις τὸν τοῦ ὅλου δύναμιν.

II. Ἐπήτα δὲ, λεπτὰ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχναίνηται, 2 καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χερσὶ καὶ ἐν τοῖσι κροτάφοισι καὶ ἐπὶ τῇσιν ὀφρῦσιν ἠσυχίην ἔχωσι, πρότερον μὴ ἡσυχάζωσι.

MAGNAM artis partem esse arbitror, de his quæ recte scripta sunt posse considerationem facere ac judicare. 2 Qui enim hoc novit, & his utitur, non videtur mihi in arte multum falli posse. 3 Oportet autem exacte perdiscere unamquamque temporum constitutionem, & quemque morbum, 4 & qui morbus sit bonus, & qui periculosus, aut in constitutione, aut in morbo, 5 & qui morbus longus sit & lethalis: 6 & qui longus, & non pernicioſus ad vitam, 7 & qui acutus ac lethalis: & qui acutus, & supereſſe sinens. 8 Ex his enim ordinem dierum judicatoriorum considerandi 9 ac prædicendi facultas datur: 10 & ex his cognoscere datur, quibus, & quando, & quomodo victum præscribere oportet. 11 Maximum itaque signum in ægrotis qui victuri sunt, si non præter naturam fuerit febris ardens, 12 & alii morbi eodem modo. 13 Nihil enim horrendum, neque lethale fit in his quæ secundum naturam sunt. 14 Secundum est, si non etiam ipsum tempus simul cum morbo impugnet. 15 Plerunque enim hominis natura, universi potestatem non superat. 1 pag 431 514

II. Postea vero si partes circa faciem gracilescant: 2 & venæ in manibus, & in oculorum angulis, & superciliis quietem habeant, quum prius non quieviſſent.

ζουσι. [3] τούτω γ' οὖν, λεῖα ἡ φωνὴ ἢ ἀσθενεστέρη, καὶ λιγυρὸν γίνεται, [4] "καὶ τὸ πνεῦμα μανότερον καὶ λεπτότερον, [5] ἐς δὲ ἐπιοῦσαν ἡμέραν αἴσιος τὰ νοσήματα. [6] τοῦτο δὴ χρὴ σκοπεῖν πρὸς τὰς κρίσιας, [7] "καὶ εἰ τοῦ ἁλὸς τὸ λευκὸν τῆς γλώττης ὥσπερ πάλιν λευκῷ ἐπιλείφεται, [8] καὶ [εἰ] ἐν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ τοῦτο γίνεται, ἧσσον δέ. [9] "εἰ μὲν οὖν σμικρὰ τοῦτα εἴη, ἐς δὲ τελέην αἴσιος τὰ νοσήματα. [10] "εἰ δέ τι παχύτερον, αἴρεσιν. [11] εἰ δ' ἔτι παχύτερον, αὔριον. [12] "τοῦτο γάρ, ὁκόταν τοῦ ὀφθαλμοῦ τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου ἀνάγκη μελανεσθαι, ἐὰν ἰσχυρὴ ἡ νοῦσος. [13] τοῦτα δὴ καθαρὰ γινόμενα, τελείως ὑγιείην δηλοῖ. [14] ἀτρεμαίη μὲν, βραδύτερον· σφοδρὰ δὲ γινόμενα, θᾶσσον.

III. "Τὰ δὲ ὀξέα τῶν νουσημάτων γίνεται ἀπὸ χολῆς, [2] ὁκόταν ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἐπιῤῥυῇ, καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καταστῇ. [3] τάδε δὴ πάσχει. [4] τὸ ἧπαρ οἰδέει καὶ αὐαπλύνεται πρὸς τὰς φρένας ὑπὸ τοῦ οἰδήματος. [5] καὶ αὖθις ἐς τὴν κεφαλὴν ὀδυνὴ ἐμπίπτει. [6] μάλιστα δὲ ἐς τοὺς κροτάφους. [7] καὶ τοῖσι τε ὠσὶν ἧκα ὀξὺ ἀκούει. [8] πολλάκις δὲ καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἐχ ὁρᾷ. [9] καὶ φρίκη καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. [10] ταῦτα μὲν δὴ καὶ ἀρχὰς τοῦ νοσήματος αὐτέω γίνεται· ἀμέλει πάνυ. [11] τοτὲ μὲν σφοδρὰ, τοτὲ δὲ ἧσσον. [12] ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος τῆς νούσου πρήσσῃ, ὅ, τε πόνος πλείων ἐν τῷ σώματι, [13] καὶ κόρη σκιδνᾶται τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ σκιοῦται, [14] καὶ, ἢν προσφέρῃς τὸν δάκτυλον πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐκ αἰσθάνεται ἀμφὶ τὸ μὴ ὁρᾶν. [15] τοῦτο δ' αὖ γνοίης, ὅτι οὐχ ὁρᾷ· [16] ἐπὴν γὰρ σπασθῇ προσφερομένῳ τὸν δάκτυλον. [17] καὶ ἐς κροκίδας ἀφαιρέεται ἀπὸ τοῦ ἱματίου, ἢν ᾖ δοκέων φθείρας εἶναι.

IV.

vissent. [3] Huic si vox fuerit debilior, & fit levior, [4] & spiritus rarior ac tenuior, [5] sequenti die remissio morbi contingit. [6] Hæc igitur considerare oportet ad judicationes: [7] & an bifida linguæ pars ' velut saliva alba obducitur, [8] & an in summa lingua hoc idem factum sit, verum minus. [9] Siquidem igitur parva hæc fuerint, ad tertium diem remissio fit morbi. [10] Si vero aliquanto crassior sit saliva, in crastinum. [11] Si vero adhuc crassior, eadem die. [12] Quin & albas oculorum partes in principio morbi denigrari necesse est, si invaluerit morbus. [13] Hæ igitur si puræ fiant, perfectam sanitatem ' indicant: [14] leniter quidem, tardius: vehementer autem, citius.

III. Cæterum acuti morbi fiunt à bile, [2] ubi in hepar influxerit, & ad caput constiterit. [3] Hæc igitur patitur hepar. [4] Intumescit & expanditur ad septum transversum præ tumore: [5] & statim ad caput dolor irruit, [6] maxime vero ad tempora: [7] & æger auribus non acute audit. [8] Sæpe etiam oculis non videt: [9] & horror, & febris corripit. [10] Atque hæc ' quidem ab initio morbi ipsi fiunt ex intervallo, [11] quandoque vehementer, quandoque minus. [12] Quanto autem morbi tempus magis progressum fecerit, tanto major fit dolor in corpore: [13] & pupillæ oculorum sparguntur, & obtuse vident: [14] & si digitum admoveris ad oculos, non sentit, eo quod non videt. [15] Quod autem non videat, inde cognoveris. [16] Non enim nictat dum digitus admovetur: [17] & floccos aufert de ' stragulis, siquidem viderit, pediculos esse putans.

iv. Καὶ, ὁκόταν τὸ ἧπαρ μᾶλλον ἀπλυχῆ πρὸς τὸν φρένας, παραφρονέει. 2 ἢν φαίνεσθαί οἱ δοκέειν περὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἑρπετὰ καὶ ἄλλα παντοδαπὰ θηρία, 3 καὶ ὁπλίτας μαχομένους, 4 καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δοκέειν μάχεσθαι. 5 ἢν καὶ τοιαῦτα λέγῃ ὡς ὁρέων. 6 καὶ ἐξέρχηται, καὶ ἀπολείπει, ἢν μή τις αὐτὸν ἐᾷ διεξιέναι. 7 καὶ, ἢν ἀναστῇ, ἡ δυὰς αἴρειν τὰ σκέλεα, ἀλλὰ πίπτει. 8 οἱ πόδες ἢ γίνονται ἀεὶ ψυχροί. 9 καὶ, ὁκόταν καθεύδῃ, ἀναίστατο ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ ἐνύπνια ὁρᾷ φοβερά. 10 τοῦτο ἢ γινώσκομεν, ὅτι ἀπὸ ἐνυπνίων ἀναίστατο καὶ φοβέεται), ἢ ὅταν ἔννους γένηται. 11 ἀφηγέεται γὰρ τὰ ἐνύπνια τοιαῦτα, ὁκοῖα καὶ τῷ σώματι ἐποίεέ τε, καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε. 12 ταῦτα μὲν οὕτω ἔδε πάσχει. 13 ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄφωνος γίνεται, ὅλην τὴν ἡμέρην καὶ τὴν νύκτα ἀναπνέων πολὺ [καὶ] ἀθρόον πνεῦμα. 14 ὅταν ἢ παύσηται παραφρονέων, αὖθις ἔννους γίνεται, 15 καὶ, ἢν ἐρωτᾷ τις αὐτὸν, ὀρθῶς ἀποκρίνεται), 16 καὶ γινώσκει πάντα τὰ λεγόμενα. 17 εἶτα πάλιν ὀλίγῳ ὕστερον ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κεῖται. 18 αὕτη ἡ νοῦσος μάλιστα περὶ πλανήμασι ἐν ἀποδημίῃ, καὶ ἢν πη ἐρήμην ὁδὸν βαδίσῃ, καὶ ὁ φόβος αὐτὸν λάβῃ ἐκ φάσματος. 19 λαμβάνει ἢ καὶ ἄλλως.

v. Τέτανοι δύο ἢ τρεῖς. 2 ἢν μὲν ἐπὶ τρώματι γένηται, πάσχει τάδε. 3 αἱ γνάθοι πήγνυνται ὥστε ξύλα, καὶ τὸ στόμα αὐοίγειν ἐ δύναται. 4 καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύζει θαμινὰ καὶ ἕλκονται. 5 καὶ τὸ μεσόφρενον πέπηγε. 6 καὶ τὰ σκέλεα ἐ δύναται ξυκάμπτειν, ἐδὲ τὰς χεῖρας καὶ

iv. Et quum hepar magis expassum fuerit ad septum transversum, delirat: 2 & ob oculos sibi obversari putat reptilia, & alia omnigena animantia fera, 3 & milites armatos pugnantes, 4 & ipse adversus ipsos pugnare sibi videtur · 5 & talia dicit velut qui videat, 6 & egreditur, & minatur si quis ipsum egredi non permittat. 7 Et ubi surrexerit, crura elevare non potest, sed cadit. 8 Pedes autem semper fiunt frigidi. 9 Et quum dormierit, exilit à somno, & insomnia horrenda videt. 10 Hoc autem cognoscimus, quod ab insomniis exilit ac perterretur, postquam ad sanam mentem rediit. 11 Exponit enim insomnia hæc, qualiaque & corpore fecit, & lingua loquutus est. 12 Atque hæc quidem sic patitur. 13 Quandoque vero etiam voce privatur, per totam diem ac noctem multum acervatum spiritum respirans. 14 Postquam vero delirare cessavit, statim ad sanam mentem redit. 15 Et si quis ipsum interroget, recte respondet, 16 & intelligit omnia quæ dicuntur: 17 deinde rursus paulo post in iisdem afflictionibus jacet. 18 Hic morbus accidit maxime in peregrinatione, & si alicubi desertam viam iverit, & timor ipsum ex spectro corripuerit. 19 Corripit etiam aliis modis.

v. Tetani tres. 2 Siquidem ex vulnere tetanus, sive distentio nervorum antrorsum ac retrorsum fiat, æger hæc patitur. 3 Maxillæ congelantur ac rigent, velut ligna: & os aperire non potest, 4 & oculi frequenter lachrymantur ac distrahuntur, 5 & dorsum riget, 6 & crura flectere non potest, neque manus, neque

καὶ τὸ ῥάχιν. 7 ὁκόταν δὲ παναλώδης ἢ, τὸ πτῦον καὶ τὰ βρώματα, ἃ πρότερον ἐδεδρώκεεν, ἀνὰ τὰς ῥῖνας
45 εἰσίσε ἔρχεται. 8 ' ὁ δὲ ὀπισθότονος τὰ μὲν ἄλλα παρχὶ ἀμφὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ. 9 γίνεται δὲ, ὁκόταν τὰς ἐν τῷ αὐχένι τένοντας τὰς ὀπισθεν νεσήσῃ. 10 νοσέει δὲ ἢ ἀπὸ συνάγχης, ἢ ἀπὸ σταφυλῆς, ἢ τῶν ἀμφὶ βραγχίων ἐμπύων γινομένων. 11 ἐνίοισι δὲ, ἀπὸ κεφαλῆς πυρετῶν ἐπιγενομένων, ἀσαμβὼς ἐπιγίνεται. 12 ἤδη δὲ καὶ ἀπὸ τρωμάτων. 13 ὅτεῳ ἕλκεα ἐς τὸ ὀπισθεν, 14 καὶ ἀπὸ τοῦ ὀδυνῶντος τὸ μεταφρενον πέπηγε, καὶ τὰ στήθεα, 15 καὶ ἐξιμώζει. 16 ὅτεῳ ἀπάντων σφόδρα, ὥστε μόλις κατέχεσθαι ὑπὸ τῶν παρ-
389 εόντων, ' μὴ ἐκ τῆς κλίνης ἐκπίπτειν. 17 " ὁ δὲ ἄλλῳ τέτανῳ ἧσσον παναλώδης τοῦ προτέρου. 18 γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτέων, καὶ ἀπάντων παῖν τὸ σῶμα ὁμοίως. 19 καῦσος δὲ τοῖσι προτερημένοισιν οὐχ ὁμοίως γίνεται. 20 " φλυκτὶς γὰρ ἅπαξ, ὡς λυσικαθῆσαι πυρετάσαντας. 21 " δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει τὸν ἄνθρωπον καὶ πυρετὸς σφοδρός. 22 γλῶσσα δὲ ῥήγνυται τραχυνομένη, καὶ ξηρὴ γίνεται. 23 καὶ τὸ χρῶμα αὐτῆς τὸ μὲν
5 ' πρῶτον ὠχρόν ἐστι, οἷον καὶ εἴωθε· 24 προϊόντος δὲ χρόνου μελαίνεται. 25 καὶ, λυσιμελέστερα ἀσκελέστερα ἐστιν· λυσιτελέστερον, χρονιώτερα.

VI. " Ἰσχιάδες δὲ ἀπὸ τῶνδε μάλιστα γίνονται τοῖσι πολλοῖσιν. 2 λυσιτελὲς δὲ ἦλιον πολλὸν χρόνον, καὶ τὰ ἰσχία ἀλγήσαντα, καὶ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐνεὸν τοῖσιν ἄρθροισιν αὐαχθὲν ὑπὸ τοῦ καύματος. 3 ὡς δ' ἀναξηραίνεται τὸ πῆγνυται, τόδε μέγα τεκμήριον. 4 ὁ γὰρ νοσέων συμφέρεται καὶ κινέειν τὰ ἄρθρα ἀδύνατα ὑπὸ

neque ſpinam. 7 Quum vero lethalis fuerit, potus & cibi quos prius accepit, per nares quandoque redeunt. 8 At ' opiſthotonos, retrorſum contingens diſtentio, reliqua quidem eadem ægro inducit utplurimum, 9 fit autem quum in cervice tendines retrorſum ægrotarit. 10 Ægrotat autem ab angina, aut ab uva, aut locis circa tonſillas ſuppuratis. 11 Aliquando etiam à capite febribus accedentibus convulſio ſuccedit. 12 Jam vero etiam à vulneribus. 13 Hic trahitur in poſteriorem partem, 14 & præ dolore dorſum ac pectora ' rigent, 15 & ejulat. 16 Hic convellitur vehementer, ut vix detineatur à præſentibus, ne è lecto excidat. 17 Alius tetanus eſt minus lethalis prioribus: 18 fit autem ab iiſdem, & totum corpus ſimiliter convellitur. 19 Febris ardens prædictis non ſimiliter fit. 20 Urit enim ſemel, ut neceſſe ſit febricitare. 21 Sitis igitur multa hominem tenet, & febris vehemens: 22 lingua vero rumpitur exaſperata, & ſicca fit: 23 ' & color ipſius primum quidem pallidus eſt, velut ſolet: 24 progreſſu vero temporis nigreſcit. 25 Et ſiquidem in principiis nigreſcat, citiores judicationes fiunt: ſi vero poſterius, diuturniores.

VI. Coxendicum morbus ex his maxime cauſis fit in pleriſque: 2 ſi quis diutius in ſole verſetur, & coxendices fuerint calfacti, & humor qui eſt in articulis, à calore fuerit reſiccatus. 3 Quod autem id quod ' reſiccatur condenſatur ac compingitur, hoc magnum ſignum eſt. 4 Æger enim articulos vertere ac movere non poteſt, præ do-

10 ὑπὸ τ' ἀλγηδόνων τ' ἄρθρων καὶ ξυμπεπηγυίας τὰς ἀπονδύλας. 5 ἀλγεῖ δὲ μᾶλλον τὰ ὀσφὺν καὶ τὰς ἀπονδύλας, τὰς ἐκ τῶν λαγόνων τῶν ἰσχίων, καὶ τὰ γόνατα. 6 ἵσταται δὲ ἡ ὀδύνη πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι βεβῶσιν, ἅμα καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ὀξέη καὶ καυματώδης. 7 καὶ, λύῃ τις αὐτὸν αὐτίκα, ἢ μέγα κινέει, οἰμώζει ὑπὸ τ' ἀλγηδόνος, ὅσον οὐ μέγιστον δύναται. 8 ἐπίοδος δὲ ἀπασμὸς ἐπιγίνεται, καὶ ῥίγεα, καὶ πυρετός. 9 γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. 10 γίνεται δὲ καὶ ἀπ' αἵματος. 11 καὶ ὀδύναι πανδημοτάτιοι ἀπὸ πάντων τῶν νοσημάτων. 12 ῥίγεα δὲ καὶ πυρετὸς ἐπίοδος ἐπιλαμβάνει βληχρός. 13 ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετᾶν.

VII. Ἰκτερος δὲ ὁ τοιόσδε ἐστὶν ὁ ὀξὺς καὶ πεπέων ἀπηλείων. 2 ἡ χροιὴ δὲ ὁλοσιδοφόδης· σφόδρα δὲ ἐστὶ χλωροτέρη, καθάπερ καὶ οἱ σαῦροι οἱ χλωρότεροι· 3 παρόμοιος δὲ οἱ ὁ χρώς. 4 καὶ ἐν τῇ ἤρῃ ὑφίσταται οἷον ὀρόδιον πυῤῥόν. 5 καὶ πυρετὸς καὶ φρίκη βληχρὴ ἔχει. 6 ἐπίοδος δὲ καὶ τὸ ἰμάτιον ἐκ ἀνέχεται ἔχων, ἀλλὰ δάκνει καὶ ξύεται. 7 τὰ ἐωθινὰ, ἄσιτος ἐὼν, τὰ ἔνδοθεν οἱ μύζει ὡς ἐπιπτυελύσει. 8 καὶ, ὁκόταν αὐτίκα τις αὐτὸν ἢ προσλαλέῃ, ἐκ ἀνέχεται. 9 ἔτος ὡς ἐπιπτυελὺ θνήσκει ἐνθὸς τεσσαρεσκαιδεκαήμερον. τούτους δὲ ἀφυγὼν, ὑγιαίνει.

VIII. Ἡ δὲ περιπλευμονίη τοιάδε ποιέει. 2 πυρετὸς τε ἰσχυρὸς ἴσχει, 3 καὶ πνεῦμα πυκνὸν καὶ θερμὸν ἀναπνέει. 4 ἐπορέη δὲ ἀδυναμίη ἔχει, 5 ῥιπασμὸς, 6 ὀδυναι περὶ τὰς ὠμοπλάτας καὶ κληῖδα καὶ τὸ πλῆθον, 7 βάρος ἐν τοῖσι στήθεσι, 8 καὶ παραφροσύναι. 9 ἔστι δ' οἷσι καὶ ἀδηδωσὸς ἐστὶν, ἕως ἂν ἄρξηται βήσσειν.

10 Ve-

lore articulorum, & eo quod verticula ſunt compacta. 5 Dolet autem magis lumbos & verticula ea quæ ſunt ex obliquo coxarum, & genua. 6 Conſiſtit autem dolor plurimo tempore in inguinibus ſimulque coxendicibus, acutus ac æſtuoſus: 7 & ſi quis ipſum erigat aut tranſmoveat, ejulat præ dolore quam maxime poteſt. 8 Quandoque vero etiam convulſio accedit, & rigor ac febris. 9 Fit autem à bile & pituita: 10 fit etiam à ſanguine: 11 & dolores conſimiles ab omnibus morbis: 12 & rigor & febris aliquando corripit debilis.

VII. Morbus regius acutus eſt, & celeriter occidens. 2 Color totus malicorii ſpeciem refert, & eſt vehementer cum virore pallidus, quemadmodum lacerti cum virore pallidiores: 3 conſimilis autem eſt cutis. 4 Et in urina ſubſidet velut ervum fulvum: 5 & febris & horror debilis habet. 6 Quandoque etiam ſtragula habere non ſuſtinet, ſed mordetur ac raditur 7 matutino tempore, ubi nondum cibum accepit, internis partibus: deinde viſcera plerunque fugunt. 8 Et ſi quis erigat ipſum aut alloquatur, non ſuſtinet. 9 Hic utplurimum moritur intra quatuordecim dies. Has autem, ubi effugerit, ſanus fit.

VIII. Peripneumonia talia facit. 2 Febris vehemens tenet: 3 & ſpiritum denſum ac calidum reſpirat: 4 & anxietas adeſt, & impotentia, 5 & jactatio, 6 & dolores circa ſcapulas, & claviculas, & mammam: 7 & gravitas in pectoribus, 8 & delirium. 9 Quandoque vero doloris exors æger eſt, donec tuſſire inceperit.

10 Ve-

10 πολυχρονιωτέρη ἢ ἐκείνης, καὶ χαλεπωτέρη. 11 τὸ δὲ σίαλον λευκὸν καὶ ἀφρῶδες πολὺ τὸ πρῶτον. 12 ἡ δὲ γλῶσσα ξανθὴ πρῶτον μὲν ἢ χρόνῳ μελαίνει. 13 ἰσχυρῶς οὖν ἐνδεχομένη μελαίνη, θᾶσσον ἐπὶ ἀπαλλαγὴν ἢ ὕστερον, χολαίτερα. 14 τελευτῶσι δὲ καὶ ῥήγνυται ἡ γλῶσσα. 15 κἂν προσθῇς τὸ δάκτυλον, ἔχεται. 16 πλὴν δὲ ἀπαλλαγὴν τὸ νόσου σημαίνει ἡ γλῶσσα, ὥστε καὶ ἐν τῇ πλευρίτιδι, ὁμοίως. 17 πάσχει δὲ ταῦτα πρὸς ἡμέρας τεσσαρεσκαιδέκατον τὸ ἐλάχιστον· τὸ πλεῖστον δὲ, εἰκοστὸν καὶ μίαν. 18 ἐν βάθει τοῦτον τὸν χρόνον σφόδρα. 19 καὶ καθαίρεται ἅμα τῷ βηχὶ, τὸ μὲν πρῶτον, πολὺ καὶ ἀφρῶδες σίαλον· 20 ἑβδόμῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ, ὅταν ὁ πυρετὸς ἀκμάζῃ, καὶ ὑγρὴ εἴη ἡ παρεμπλοκὴ, παχύτερον· πλὴν δὲ μὴ, ὠμόν. 21 ἐνάτῃ δὲ δεκάτῃ, ὑπόχλωρον καὶ ὕφαιμον. 22 δωδεκάτη δὲ, μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτης, πολὺ καὶ πυῶδες. 23 ὧν ὑγρὰ ἐστιν αἷς φυσικὴ κρᾶσις καὶ νόσος ἰσχυρή. 24 ὧν δὲ ἥ τε φύσις καὶ ἡ στάσις τῆς νόσου ξηρὴ, ἧσσον ἔτοι.

10 Verum hic morbus diuturnior ac difficilior illo est. 11 Salivam autem albam & spumosam primum spuit. 12 Lingua flava est, verum progressu temporis nigrescit. 13 Siquidem igitur in principio nigrescat, citius morbus finitur: si vero posterius, tardius. 14 Tandem vero etiam rumpitur lingua: 15 & si digitum apponas, inhæret. 16 At liberationem à morbo significat lingua, similiter velut in pleuritide. 17 Hæc autem patitur æger minimum diebus quatuordecim: ad summum una & viginti. 18 & tussit hoc tempore vehementer: 19 & una cum tussi purgatur: primum quidem saliva multa ac spumosa. 20 Septima vero & octava die, ubi febris in vigore fuerit, & humida sit peripneumonia, crassior: sin minus, non. 21 Nona vero & decima, cum virore pallida ac subcruenta. 22 Duodecima autem usque ad decimam quartam, multa & purulenta. 23 Atque hoc in his contingit, quorum naturæ & corporis affectiones humidæ sunt, & morbus fortis est. 24 Quorum vero & natura, & morbi constitutio sicca est, in his minus.

ιχ. Περὶ δὲ κρισίμων ἡμερέων ἤδη μοι καὶ πρόσθεν λέλεκται. 2 κρίνουσι δὲ οἱ πυρετοὶ τεταρταῖοι, ἑβδομαῖοι, ἐνδεκαταῖοι, τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, ἐπταικαιδεκαταῖοι, εἰκοστῇ πρώτῃ. 3 ἐκ δὲ τούτων τῶν ὀξέων, τριακοστοῖοι εἶτα πεντηκοστοῖοι εἶτα ἑξηκοστοῖοι. 4 ὅταν δὲ τούτους τοὺς ἀριθμοὺς ὑπερβάλλῃ, χρονίη ἤδη γίνεται ἡ κατάστασις τῶν πυρετῶν.

ιχ. Cæterum de judicatoriis diebus, etiam jam ante à me dictum est. 2 Judicantur autem febres quarta die, septima, undecima, decimaquarta, decimaseptima, vigesima prima. 3 Ex his autem acutis quædam etiam trigesima: deinde quadragesima, postea sexagesima. 4 Quum vero hos numeros excesserint, diuturna jam febrium constitutio fit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΩΝ.

HIPPOCRATIS DE IVDICATIONIBVS.

Basil. græc. Foesius sect. II. 20. 52. Basil. lat.

pag 385

ΠΕΡΙ κρίσιων ξυμβαινόντων ἐπὶ τὸ ἄμεινον τὰ μὲν τελέσματα ταυτὰ ἐστιν, ἄρξις ὑγίης, σημεῖα. 2 ἱδρῶτες γὰρ ἄριστοί εἰσιν, καὶ τάχιστα πυρετῶν παύσεις, οἱ ἐν τῇσι κρισίμῃσιν ἡμέρῃσι γινόμενοι, καὶ τελέως τὰ πυρετῶν ἀπαλλάσσοντες. 3 ἀγαθοὶ δὲ καὶ ὅσοι, ἁπάντων τῶν σώματος ῥυέντων, ἧσσον τὸ νόσημα φέρειν ποιήσουσιν. 4 οἱ δὲ ἂν τελέων τι μὴ ἐργάσωνται, λύσιες τελέσεσι γινόμενοι, 5 παχυνθέντος δὲ χρὴ τὸ ἀποχώρημα ὡς τὰ κρίσιν ἴσης τὰ νόσου. 6 ἔστω δὲ τὸ οὖρον πυῤῥὸν, καὶ μὴ σφόδρα δυσῶδες. 7 ἐπιλήθουσι δὲ ἐλμινθιῶντες ἐξιέναι ὡς τὰ κρίσιν. 8 οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστι, ὃ ἂν ἔχῃ λεπτὴν καθύπόστασιν, καὶ λεῖον, καὶ ὁμαλὸν, καθαρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἕως ἂν κριθῇ τὸ νόσημα. 9 σημαίνει γὰρ, ἀσφαλέα καὶ ὀλισχρονίλον τὴν νόσον ἔσεσθαι. 10 ἢν, ἱδρῶτος ἐγγενομένου, ἡ νόσος ἐκλίπῃ, καὶ τὸ οὖρον πυῤῥὸν θεωρηθῇ λεπτὴν ὑπόστασιν ἔχον, τελέοισιν αὐθημερὸν ὑποφορὴ δὲ πυρετὸς γίνεται. 11 ἕκτος δὲ καὶ πέμπτος ἀκινδύνως κρίνει. 12 τοῖσιν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλουσιν ὑγιάζεσθαι μέγιστα σημεῖα ἅπαντα γίνεται. 13 ἀπονώτατοι γὰρ διαγίνονται, καὶ ἀκινδυνώτατοι, καὶ τὰς νύκτας κοιμέονται, καὶ ἄλλα σημεῖα τοιαῦτα ἀσφαλέα.

11. Οἷσιν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδης κεφαλῆς ἄλγημα καὶ τὰ ἄλλα παρέστηκε σημεῖα, χολὴ τεταραγμένη κρατεῖ. 2 οἷς ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσι, τεταρταίοι

1 DE Judicationibus quæ cito ad melius tendunt, plerunque eadem signa sunt, quæ etiam sanitatis. 2 Sudores enim optimi sunt, & celerrime febrem sedant, qui in judicatoriis diebus fiunt, & febrem perfecte summovent. 3 Boni quoque sunt qui per totum corpus oborientes, morbum facilius ferre faciunt. 4 Qui vero nihil horum faciunt, incommodi sunt. 5 Densari vero oportet alvi egestionem, morbo ad judicationem tendente. 6 Sit autem subrubra, & non valde graveolens. 7 Commodum est & lumbricos exire ad judicationem. 8 Urina autem optima est, quæ habet albissimam subsidentiam, & lævem ac æqualem, per totum tempus donec judicatus fuerit morbus. 9 Significat enim securum ac brevem fore morbum. 10 Si sudore oborto morbus deficiat, & urina fulva albam subsidentiam habens conspiciatur: his eadem die recidiva febris fiet, 11 atque hæc quinta die citra periculum judicatur. 12 His qui in brevissimo tempore sani evadent, omnia maxima signa fiunt. 13 Nam magis sine dolore degunt, & extra periculum, & noctu dormiunt, & alia signa secura præ se ferunt.

11. Quibus in febre non lethali capitis dolor, & alia signa circumstant, in his bilis dominatur. 2 Quibus inceperit dolor primis diebus, & quarta ac quinta

τῶν τε μᾶλλον ἐ πεπεμμένοι πέζουν· ἐς ἣν τ' ἐδόμην ἀπαλλάσσουν· ἔ πυρετῶ. 3 οἱ ἢ πυρετοὶ κρίνουν· ἐν τῆσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσι τ' ἀριθμοῦ, ἐξ ὧν ἀπόλλυν· οἱ ἄνθρωποι, ἐ ἐξ ὧν σῴζονται. 4 οἱ τε γὰρ εὐηθέστατοι τ' πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων τεταρταῖοι παύον· ἢ πρόσθεν. 5 οἱ ἢ φονικώτατοι καὶ ἐπὶ σημείων δυνοδώτων χινόμμοι, τεταρταῖοι κλίνουσι, ἢ πρόσθεν. 6 ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος ἔτως τελευτᾷ. 7 ἡ δὲ ἑτέρη ἐς ἑπτὰ περιάγει. 8 ἡ ἢ τρίτη ἐς τ' ἑνδεκάτην. 9 ἡ ἢ τετάρτη ἐς τ' τεσσαρεσκαιδεκάτην. 10 ἡ ἢ πέμπτη ἐς τ' ἑπταικαιδεκάτην. 11 ἡ ἢ ἕκτη ἐς τ' εἰκοστήν. 12 αὗται μὲν οὖν ἐπὶ τ' ὀξυδόρκων ἀφ' τεσσάρων ἐς τὰς εἴκοσι πρόσθεσις. 13 ἡ δὲ κρίσις ἢ ὅλαις ἡμέραις ἔχει τεττάρων ἀριθμοῦ ἀτρεκέως. 14 ἐδὲ γὰρ οἱ ἐνιαυτοὶ τε μῆνες ὅλαις ἡμέραις περιγίνονται, ἐδὲ ξυνεστήκασιν.

III. Ἐν τοῖσι καύσοισι τὰ ἀγαθὰ σημεῖα μέγιστα, οἷα ἐν τῆσιν ὑγιηνοῖσι γίνεται. 2 μείονα μὲν ἐόντα, ἐς τρίτην κρῖσιν δηλοῖ· 3 παχὺ τε γὰρ ἢ οὐ λεῖον πίνει· 4 πυρέσσει ἢ οὐθημερόν. 5 ἐν τοῖσι καύσοισιν ἦν ἐδόμῃ ὕστερον ἐπιγένηται ἴκτερος, δῆλον ἰδρῶτος. 6 τὸ γὰρ νόσημα ἐ φιλεῖ ἐξιδρῶν, ἐδὲ ἕλκη ἀφίστασθαι ἐδαμῇ, 7 ἀλλὰ ὑγιὴς γίνεται. 7 ἀνάγκη, 8 ἢ ἱερμὸν ἀποντα καὶ ἐφ' ἑωυτὸ τὸ ὑγρὸν ἑλκύσαντα, τῷ πυρετῷ κρίσιν γενέσθαι 8 διὰ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπεχωρεόντων, 9 ἢ ἐ τὰ διαχωρήματα ἠιλίης, 10 ἢ αἵματος ἐκ τ' ῥινέων ῥύσιν, 11 ἢ ἔρησιν πολλὴν, 12 ἢ διαῤῥοίην ἰσχυρὴν, 13 [ἢ] ἱδρῶτα, 14 ἢ ἔμεσιν. 15 γυναικὶ ἢ καὶ ἐπιμηνίων ὁδόν. 16 μάλιστα μὲν οὖν

ta magis premuntur, hi septima à febre liberantur. 3 Febres judicantur in iisdem numero diebus, ex quibus & superstites evadunt homines, & ex quibus pereunt. 4 Etenim placidissimæ febres, & signis securissimis contingentes, quarto die desinunt, aut prius. 5 Lethalissimæ vero & signis horrendissimis contingentes, quarto die aut prius occidunt. 6 Primus igitur ipsarum insultus sic desinit. 7 Alter ad septimum deducit. 8 Tertius ad undecimum. 9 Quartus ad decimumquartum. 10 Quintus ad decimumseptimum. 11 Sextus ad vigesimum. 12 Atque hæ in acutissimis morbis, per quatuor ad viginti appositiones fiunt. 13 Non potest autem quicquam horum integris diebus exacte numerari: 14 neque enim anni ac menses totis diebus constant.

III. In febribus ardentibus bona signa apparentia, qualia in sanis scripta sunt, 2 siquidem minora fuerint, ad tertium diem remissionem indicant: 3 crassiora vero, in crastinum: 4 crassa autem, eadem die. 5 In febribus ardentibus si posterius septimo die morbus regius accedat, indicium est sublati sudoris. 6 Nam morbus non solet exudare, neque usquam alibi abscessum facere, sed sanus fit. 7 Necesse autem est ubi calor febris discessit, & humorem in seipsum attraxit, febri contingere judicationem, 8 per urinas prodeuntes, 9 aut etiam alvi egestiones, 10 aut sanguinis ex naribus fluxum, 11 aut mictionem multam, 12 aut per multam humiditatem, 13 sudorem, 14 aut vomitum. 15 Mulieri vero etiam per mensium viam. 16 Maxime igitur

ἓν τοῦτο ποιέῃ κρίσιν, ἢ, ὃ, πεῦ τετέων ἐγγὺς γίνεται. [17] ποιέῃ δ' καὶ ἑτέρας κρίσιας· ἧσσον δὲ τετέων. [18] ἱκτερώδης δ' ἢν ἑβδομαίῳ ἐπιγένηται, ἢ ὕστερον, ἐν καύσῳ, [19] καὶ δυσχερέα στάσις πολλὴ ἀπιχώρησις, [20] ἔν τε τοῖσι καυσώδεσι πυρετοῖσι καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, [21] ἢν μηδενὸς τετέων τὰ σημείων γένηται ὑπαρχόντων, ἀφίησι ὁ πυρετὸς, [22] ἀνάγκη τοιάσδε κρίσιας αὐτὶ τετέων γενέσθαι, [23] ἢ φυμάτων μεγάλων ἀπόστασιν, [24] ἢ ὀδύνας ἰσχυρὰς ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος, [25] ἢ τηκεδόνας τῶν ὑγρῶν ἐκ τοῦ θερμοῦ.

IV. Κρίσιες δὲ καὶ ἀφέσιες τῶν καυσωδέων σημαίνουσι, μακροτέρην τὴν νόσον. [2] ἢν δὲ ἰσχυραὶ, θανάσιμοι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. [3] οἱ δὲ λοιποὶ ἀσφαλέες πάντων καυσώδεες, ἑβδομαῖοι ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι. [4] φιλέει δὲ καὶ ἐς λιπυρίην τελέσαι. [5] καὶ λαμβάνει μάλιστα τεσσαρακοντα ἡμέρας, καὶ ἐξικνέεται. [6] καὶ ἡ λιπυρίη τῆς αὐτῆς ἡμέρης λαμβάνει τε καὶ μεθίησι. [7] γίνεται δὲ καὶ τῆς κεφαλῆς ὀδύνη. [8] ἐὰν δὲ μὴ μεθίῃ αὐτὸν ἡ λιπυρίη ἐν τῇσι τεσσαρακοντα ἡμέρῃσι, ἀλλ' ἄχρη, καὶ ὀδύνη ἔχῃ τὴν κεφαλὴν, καὶ φλυκταίνη, ἐπικαθηρον αὐτόν. [9] λήγοντος δὲ καύσου, ἢν ἐπιγένηται ἱκτερος, ἐς φιλέει ἔπ' ἰσχίον, ἢ ὀλὴ ἄλλη ἀφίσασα ἔδαμῇ, ἀλλ' ὑγιὴς γίνεται. [10] τριταῖος δὲ κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. [11] ὀκτώ τοις ἐν ἀφορήτοις πυρετοῖς τῇ ἑβδόμῃ ἢ τῇ ἐνάτῃ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἱκτερος γινόμενος, ἀγαθὸν, ἐὰν μὲν τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν γένηται· εἰ δὲ μὴ, ἐνδιαφορόν. [12] τὸ δὲ ὀξέα νοσήματα κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

hæc judicationem faciunt, & quicquid his propinquum contingit. [17] Facit autem & alias judicationes, sed minus quam has. [18] Si vero septimo die morbus regius accedat, aut posterius, in febre ardente, [19] & difficilis multi sputi secessus, [20] tum in ardentibus, tum in aliis febribus: [21] si nullo talium signorum contingente dimiserit febris, [22] necesse est tales judicationes pro illis fieri, [23] aut magnorum tuberculorum abscessum, [24] aut dolores ex abscessu vehementes, [25] aut colliquationes humorum ex calore.

IV. Judicationes & remissiones eorum quæ febrem ardentem significant, longiorem morbum faciunt. [2] Si vero fortia fuerint, mors plerunque sequitur. [3] Reliquæ vero ardentes securæ definunt septimo aut decimoquarto die. [4] Solet autem & ad lipyriam devenire, [5] & detinet maxime quadraginta dies, & in epialam transit: [6] & lipyria eadem quoque die corripit ac dimittit. [7] Fit autem & capitis dolor. [8] Si vero lipyria non dimiserit in quadraginta diebus, sed producta fuerit, & dolor habuerit caput, & deliret æger, ipsum purgato. [9] Definente vero febre ardente si accedat morbus regius, non solet amplius exudare, neque usquam alibi abscessum facere, sed sanus fit. [10] Tertiana in septem circuitibus plerunque judicatur. [11] Quibuscunque in febribus intolerabilibus septima, aut nona, aut decimaquarta morbus regius accedit, bonum: si non dextrum præcordium durum fiat: sin minus, ambiguum. [12] Acuti morbi in quatuordecim diebus plerunque judi-

πελύ. 13 "ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ὧν γίνων) τελεταίοις, καὶ πεμπταίοις, ἑβδομαίοις, καὶ ἐνναταίοις, καὶ ἑνδεκαταίοις, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταίοις, καὶ μιηκοστοῖς, καὶ τριακοστοῖς, ὅτοι οἱ ἱδρῶτες νόσους κρίνουσιν. 14 οἱ δὲ μὴ ὅτως γινόμενοι πόνους σημαίνουσιν.

judicantur. 13 Sudores febricitanti si fiant tertia die, & quinta, & septima, & nona, & undecima, & quartadecima, & vigesimaprima, & trigesimaprima, hi sudores morbos judicant. 14 Qui vero non sic fiunt, dolores significant.

v. Αἱ πεπάνσιες τοῦ ὄρων καὶ μικρὸν ὑπερπαμένουσαι ἐν τοῖς κρισίμοις ἐὰν πεπανθῶσι, λύουσι τὴν νόσον. 2 "σημαίνειν δεῖ τὰ ὄρεα ἕλκεα ποιεῖσθαι. 3 τά τε γὰρ ἕλκεα, ἢν μὲν ἀνακαθαίρηται πύον λευκόν, παχύτητα θεραπείαν δηλοῖ· 4 ἐὰν δὲ μεταβάλληται ἐς τὰς ἰχῶρας, κακοήθη γίνεται. 5 τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ ὄρεα σημαίνει. 6 ἐὰν δὲ πόνος λεπτὸς γίνηται, ἀπὸ τροφάσιος δεῖ λογίζεσθαι, "ἀφ' ἧς τὸ νόσημα παρεγένετο, 7 καὶ ταύτην ὁρᾶν, [ὅτε] ἐπιπαύεται. 8 ἐν γὰρ, ταύτης ἐπιλειπομένης, τὰ [δ'] ἄλλων σημείων ἐπιγινομένων, οἷον δεῖ, ἐκ εἶναι ἀπαλλαγὴν τῆς νόσου οἰητέον. 9 ἐὰν ἀλγέῃ ἡ κεφαλὴ, καὶ ἀπὸ τούτου πυρετὸς ἐπιγένηται, τοῦτο μὴ κεκαυμένης, μηδὲ τοῦ ὀδυνῶντος παυομένης, ἀ κρίσιμος ὁ πυρετός. 10 κρίσις μακρὴ ἔτι ἐπὶ τὸ ἄμεινον τελεῖται τούτων ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τούτων, ἃ πρὸς ὑγίειαν ἐόντα. 11 "ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν οἰδήμασι μαλθακοῖ, καὶ ἀνώδυνα, καὶ ὑπείκοντα, ἐπεὶ διαγένηται αὐτέα, χρονιωτέρους μὲν τοὺς κρίσιας ποιεῖ· 12 ἧσσον δὲ φοβερὰς τὰ ἐναντία τούτοις φυμάτων. 13 ὡσαύτως δὲ ἔχει καὶ περὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ φυμάτων.

v. Concoctiones urinarum paulatim matureſcentes, ſi in judicatoriis diebus concoctæ fuerint, morbum ſolvunt. 2 Exemplum urinarum ulcera facere oportet. 3 Nam ulcera ſi repurgantur pure albo, 4 cerlerem curationem indicant. 4 Si vero in ſanioſos humores tranſmutentur, maligna fiunt. 5 Eodem modo & urinæ ſignificant. 6 Si ex dolore tenues fiant, ex occaſione ratiocinari oportet, ex qua morbus acceſſit, 7 & hanc inſpicere ubi ſedatur. 8 Nam hac deficiente, aliis ſignis qualia conveniunt accedentibus, non putandum eſt morbo liberationem contingere. 9 Si doluerit caput, & ex hoc febris accedat, & hinc non ſedetur: dolore non ceſſante febris non judicatur: 10 & plurima talia judicationis longæ ſunt ad melius, etiam in his quæ ad ſanitatem tendunt. 11 In præcordiis tumores molles, & doloris exortes, & ad contactum cedentes, diuturniores quidem judicationes faciunt, 12 minus autem horrendas tuberculis his contrariis. 13 Eodem modo habet & de tuberculis in reliquo ventre.

vi. "Οὐρων δὲ, ὧν τὸ μὲν ὑπόστημα "μὴ καθαρὸν ἦ, τὸ δ' ὑπόστημα λευκόν τε καὶ λεῖον ἔχῃ, χρονιώτερον ἡ κρίσις, ἢ καὶ ἧσσον ἀσφαλὲς δὲ βέλ-

vi. Ex urinis ſiquidem id quod mictum eſt, purum fuerit: ſubſidentiam vero albam ac lævem habuerit, diuturnior fit morbus, & minus quam optima

βελτίστη ὕρη. 2 ἢν δὲ πολὺ ὑπέρυθρον [τὸ] ὕρον ἢ τὸ ὑπόστημα ὑπέρυθρον καὶ λεῖον, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο δὲ πρότερον σωτήριον δὲ κρίσεως. 3 ὅσοι δὲ ποδαγρικοὶ γίνονται, τούτων ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις ἀφλέγμαντοι καθίστανται. 4 κρίσιες [δὲ] μακρῆς ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἐπὶ πλείστων πρὸς τελείας εἰσίν. 5 ἅπαξ ἐς θάνατον, ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ κρίνει. 6 ἢν μὲν οὖν ἀσθενείας σημεῖα· οἷον φαρμακοποσίης, καθάρσιος ἐκκρίσιες καὶ ἄνω καὶ κάτω, ἄσης, καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων. 7 ἢν μὲν οὖν ἀπὸ πάντων τούτων τὰ σημεῖα ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ· 8 εἰ δὲ μή, θανατώδη νομίζειν εἶναι. 9 τῶν ἱδρώτων κάκιστοί εἰσιν, οἱ ψυχροί τε καὶ περὶ τὸν αὐχένα γλυκύμυροι. 10 ἔστι γὰρ θάνατος καὶ μήκεος νόσων προσημαίνει.

VII. Τὰ ποικίλα ὑποχωρήματα, χρονιώτερα μὲν τῶν μελάνων καὶ τῶν ἄλλων θανασίμων ὑποχωρημάτων· ἧσσον δὲ ὀλέθρια. 2 ἔστι δὲ τοιάδε, ξυλωδέα, χολώδεα, αἱματώδεα, πραξοειδέα, μέλανα. 3 καὶ ποτὲ μὲν ὁμοῦ πάντα διακεχωρισμένα, ποτὲ δὲ κατὰ μέρος ἕκαστον. 4 ὕρον δὲ ἐὰν τότε μὲν καθαρὸν ᾖ, τότε δὲ ὑπόστημα ἔχον λευκόν τε καὶ λεῖον, χρονιώτερόν καὶ ἧσσον ἀσφαλὲς τοῦτ' ἐστὶ τοῦ βελτίστου ὕρου. 5 ἐὰν πυῤῥὸν καὶ λεπτὸν ἢ τὸ ὕρον πολὺν χρόνον, κίνδυνος, μὴ δυνήσεται διακρίνειν ὁ ἄνθρωπος, ἕως ἂν πεπανθῇ τὸ ὕρον. 6 καὶ, ἢν ἄλλως μέλλοντος σημεῖα ᾖ, προσδέχεσθαι τούτοις ἀπόστασιν προσεσομένην ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία. 7 ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐὰν μεταβολὰς

secura est hæc urina. 2 Si vero & urina subrubra fuerit, & subsidentia subrubra ac lævis: diuturniorem quidem hæc morbum quam prior significat, sed valde salutarem. 3 Quicunque podagrici morbi fiunt, hi in quadraginta diebus ab inflammatione liberi sedantur. 4 Sed in his pleraque longæ judicationis ad melius sunt. 5 Quæ ad mortem tendunt, in die ac nocte judicantur, 6 quæ videlicet debilitationis signa sunt, velut epoti medicamenti, exturbationis alvi & sursum & deorsum, anxietatis, & aliorum hujusmodi. 7 Si igitur horum signa in die ac nocte submoveantur, bene est: 8 Sin minus, lethalia esse putanda sunt. 9 Sudores pessimi sunt frigidi, & circa cervicem contingentes. 10 Hi enim mortes, & morborum longitudinem præsignant.

VII. Alvi egestiones variæ, diuturniores quidem sunt nigris & aliis lethalibus egestionibus, nihilo vero minus pernicioſæ. 2 Sunt autem tales, ramentosæ, biliosæ, cruentæ, prasinæ, nigræ: 3 & aliquando simul omnes prodeunt, aliquando singulæ particulatim. 4 Urina si quandoque pura micta fuerit, quandoque subsidentiam albam ac lævem habens, diuturnæ tales sunt, & minus securæ quam optima urina. 5 Si vero fulva ac tenuis fuerit urina multo tempore, periculum est ne sufficere homo possit, donec concocta fuerit urina: 6 & si alias superstitis futuri signa fuerint, his abscessum affore exspecta ad locos infra septum transversum. 7 In febribus si mutationes habeat urina,

λας ἔχη τὸ ἕρον, χρόνον τε σημαίνῃ, 8 καὶ ἀνάγκη τῷ ἀσθενοῦντι μεταβάλλειν, καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπὶ θάτερα. 9 ὧν τὰ οὐρήματα ἕρα μὲν ὅμοια ᾖ, ἀλλὰ γλυκῆ παχέα καὶ λεπτῶν, καὶ παντελῶς λεπτά, δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα.

VIII. 1 Ψυχροὶ ἱδρῶτες, ξυνὼ μὲν ὀξέϊ πυρετῷ, θανάσιμοι. 2 ξυνὼ δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος σημαίνουσι τοῦ νόσου. 3 καὶ ὅκου δὲ σώματος θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ὅπου τοῦτο ἔνι, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος. 4 καὶ τρέπεται ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ ὀξέαι γίνονται. 5 εἰ, λυθὲν τὸ σῶμα ψύχῃ, ἢ αὖθις θερμαίνῃ, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλλῃ, μῆκος νόσου σημαίνει. 6 κλῶ πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγλυκαίνῃ, μὴ σκληρότητος δὲ πυρετοῦ, κακὸν 7 μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίαν σημαίνει. 8 πυρέσσοντι ψυχροὶ ἱδρῶτες ἐπιγλυκαίνοντες μακρὸν τὸν πυρετὸν σημαίνουσιν. 9 ἱδρὼς πολὺς, ἀκρήτως γινόμενος, ὑγιαίνοντι νόσον σημαίνει· θέρεος μὲν μείω, ψύξιος δὲ πλείω. 10 ἐς τὰ κάτω χωρεῦντα, ἐὰν ἐάσῃς ξυστῆναι, ὑφίσταται οἷον ξύσματα, καὶ ὀλίγα, ὀλίγη ἡ νοῦσος, καὶ πολλὰ, πολλή. 11 τρεπτέοισι ξυμφέρει τὰ κατάλληλα ἐπικλύζειν. 12 ὁκόσοισι δὲ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ ἀποχωρήσει χολῆς μελαίνης ὕπεστιν, καὶ πλεῖον, πλείων ἡ νοῦσος, καὶ ἐλάσσω, ἐλάσσων. 13 ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι, καὶ τὸ ἦτρον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ λαμπρὰ, ἀλλὰ ἐπημμένα, χρονίη ἡ νοῦσος, 14 καὶ οὔτε σπασμὸς ἐγγίνεται, οὔτε αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσις, οὔτε ὀδύνης ἰσχυρῆς. 15 καὶ οἱ παλμοὶ ἐν τῇσι χερσὶ πυρετοῦ σημεῖον, ἢ κλίσις ἐπὶ τὸ κάκιον,

urina, diuturnitatem temporis significat, 8 & necesse est ægrotum mutari & ad deteriora, & ad alteram partem. 9 Si urinæ ab initio non similes fuerint, sed ex tenuibus crassæ fiant, & penitus tenues, tales ægre judicant, ac inconstantes sunt.

VIII. Frigidi sudores cum acuta quidem febre, lethales sunt: 2 cum mitiore vero, longitudinem morbi significant. 3 Et ubi in corpore caliditas aut frigiditas, hic morbus est, 4 & ibi in toto corpore mutationes repentinæ fiunt: 5 & si corpus perfrigeretur, aut rursus calefiat, aut color alius ex alio transmutetur, morbi longitudinem significat. 6 Si febricitanti sudor accedat, febre non deficiente, malum: 7 prolongatur enim morbus, & humiditatem significat. 8 Febricitanti frigidi sudores accedentes, longam febrem significant. 9 Sudor multus intemperate oboriens sano, morbum significat, æstate minorem, hyeme majorem. 10 Alvi egestiones si in idem concedere ac consistere permiseris, velut ramenta subsident: si pauca, modicus est morbus: si multa, multus: 11 his infusum per clysterem adhibere conducit. 12 Quibus vero in egestione inferne bilis atra subsidet, si copiosior, major est morbus; si paucior, minor. 13 Si venæ pulsarint, & facies sana fuerit, & præcordia non mollia, sed in tumorem elevata, diuturnus est morbus, 14 & absque convulsione non solvitur, aut multa sanguinis ex naribus fluxione, aut vehementi dolore. 15 Et palpitationes in manibus, diuturnæ febris signum sunt, aut brevis judi-

χιον, καὶ ἐπὶ τούτων τὰ χαλεπώτατα, ἄτοπα ἐς θάνατον. [16] τοῖσιν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλουσιν ἀπόλλυσθαι, μέγιστα σημεῖα ἀπ' ἀρχῆς γίνεται. [17] δυσπνοοῦσι γὰρ εἰσιν, καὶ κοιμέονται τὰς νύκτας, καὶ τὰ σημεῖα φαίνεται ἐπικίνδυνα. [18] ξυνεχὲς δὲ πυρετὸν ἢν τεταρταῖον πονέηται καὶ ἑβδομαῖος, καὶ μὴ κριθῇ ἐνδεκαταῖος, ὀλέθριος ὡς τὰ πολλά. [19] "Ὅσοι ὑπὸ τεταίνου ἁλίσκονται, ἐν τρισὶ τεσσαρσὶν ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται. λὺσις δὲ τούτοις ἀποφυγοῦσιν, ὑγιέες γίνονται. [20] ἐν τοῖσι καύσοισιν ἢν ἐπιγένηται ἴκτερος καὶ λύγξ περιπλαίῃ ἐόντι, θανατώδες.

IX. Ὑποστροφὴ λαμβάνουσιν, οἷσιν αὖ ἀπυρεξίῃσι γλυκυπικροὶ ἀχρυπνίαι ἐρρωμίαι προσγίνονται, [2] ἢ ὕπνοι παραφόρητες, [3] ἢ ἀῤῥωστίη σώματος, [4] ἢ ἀλγήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν μελέων· [5] καὶ ὅσοις αὖ οἱ πυρετοὶ παύσονται," μήτε σημείων γλυκυπικρῶν λυσιτελέων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι· [6] καὶ, ἐὰν, σκληροτέρους καὶ πυρετὸς καὶ ἱδρῶτος ἐπιγλυκυπικρὸν, πυῤῥὸν χρῶμα ἔχῃ, προσδέχεσθαι τούτοις ὑποστροφὴν πυρετοῦ αὐθημερόν. [7] "Αἳ δ' ἂν ὑποστροφαὶ πεμπταῖαι κρίνονται, ἀκίνδυνοι. [8] καὶ, λὺσις κρίσιος σκληροτέρης, ἔρυθρον ἔρρηξε ὑπόστασιν ἔχον ἐρυθρὴν, καὶ τοῖσιν ὑποστροφὴ γίνεται καὶ πυρετοῦ αὐθημερὸν, καὶ ὀλίγοι ἐκ τούτων σώζονται. [9] ὅταν ὑποτρέφῃ ὁ καῦσος, τὰ πολλὰ καὶ ἐξιδροῖ. [10] "Ἢν, λὺσις μὲν τὰς ἡμέρας λάβῃ ὑποτρέψας, ὅσας τὸ πρῶτον, [11] ὑπολοιπάζῃ δὲ καὶ τρίτην [ὁ] πυρετὸς, λὺσις μὲν περιττῇ ἡμέρῃ ἀφῇ ὑπολοιπάσας.

X. Τὰ πολλὰ ἐὰν, ἀπέπλων ἐόντων τῶν οὔρων καὶ τῶν ἄλλων σημείων μὴ κατὰ

judicationis in deterius: & in his pleraque quæ ad mortem tendunt. [16] His qui breviſſimo tempore perituri ſunt, maxima ſigna ab initio fiunt. [17] Nam & difficulter ſpirant, & noctu non dormiunt, & ſigna periculoſa præ ſe ferunt. [18] In febre continua ſi quis quarta die & ſeptima affligatur, & undecima non judicatus fuerit, plerunque perit. [19] Quicunque à diſtentione 'antrorſum ac retrorſum corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. Si vero hos effugerint, ſani fiunt. [20] In febribus ardentibus ſi accedat morbus regius, & ſingultus quinto die, lethale eſt.

IX. Recidivæ fiunt in his, quibus febribus deſinentibus vigiliæ fortes accedunt, [2] aut ſomni turbulenti, [3] aut corporis robur, [4] aut dolore uniuſcujuſque membri: [5] & quibus febres ſedantur, neque ſignis ſolutoriis contingentibus, neque 'in judicatoriis diebus: [6] & ſi deficiente febre, & ſudore accedente, urinam fulvam minxerint, albam ſubſidentiam habentem, his febris recidivam eadem die expecta. [7] Hæ vero recidivæ quinto die judicantur extra periculum. [8] Et ſi ex judicatione facta urinam rubicundam, rubram ſubſidentiam habentem minxerint, etiam his recidiva febris fit eadem die: & pauci ex hac ſervantur. [9] Quum recidit febris ardens, 'plerunque etiam exudat. [10] Et ſi revertens tot diebus detineat quot prius, [11] etiam tertio recidivat, ſi non impari die dimiſerit reverſa.

X. Plerunque ſi crudæ ſint urinæ, & alia ſigna non ſecundum rationem eveniant, morbus

κ) λόγον ἐόντων, " ἡ νῆσος κρισίμη 34
ἡμέρῃ [ἀφῇ,] ' ὑποδεροπιάζει. 2
ἐς τὸ τράχηλόν τε καὶ ἐς τὸν νῶτον ἡ ὀ-
δυνὴ καταβαίνη τὴν κεφαλὴν ἀπο-
λιποῦσα, καὶ αὖθις παλινδρομέη ἐς τὴν
κεφαλὴν, καὶ ἔπι χαλεπώτερον γίνε).
[15] τούτων δὲ πάντων ὀφνότατόν, εἰ ἐξιω-
τένοι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν
τε καὶ τὸν νῶτον. [16] τὰς δ' ὠφελείας
τελέοισι ὠθοσδέχεσθαι ἐξ ἀποστάσιων
ἔσεσθαι, [17] ἢ πύον βήσεσθαι. [18] ἢ αἱ-
μορ-

xxxvi. Quibuscunque vero
sine febribus dolores fiunt, mor-
tem quidem non inducunt, [2]
verum plerique diuturni sunt,
& multas mutationes ac recidi-
vas habent. [3] Modi autem hi
sunt. Primum quidem ex capi-
tis doloribus aliqui sunt leves,
aliqui multo graviores. [4] U- 206
trosque vero hoc modo confide-
rare oportet. [5] Quicunque he-
betem visum habent, & rubor
quidam ipsis fit in oculis, &
pruritus frontem vexat, [6] his
sanguis sua sponte manans opitu-
latur. [7] Atque hic modus neces-
sario simplex est. [8] Quibus vero
dolores circa caput & frontem,
ex magnis ventis fiunt, & ex
frigoribus quum vehementer
calfacti fuerint, [9] eos gravedi-
nes quidem maxime perfecte 205
liberant: prosunt autem & ster-
nutationes, & muci in naribus
oborti, [10] magis quidem sua
sponte: sin minus, coacte. [11]
Gravedines autem fiunt perfe-
cte, adeo ut tusses succedant:
[12] & sternutationes succedentes
si dolores non sedaverint, ne-
cesse est tubercula & decolora-
tiones his succedere. [13] Quibus
autem dolores sine manifestis
causis fiunt, & diuturni, & in
toto capite, suntque ipsi & gra-
ciles, & debiles, his prædi- 210
cendum est morbum longe gravi-
orem priore esse. [14] Si vero
etiam ad collum, & ad dorsum
dolor descendat, caput relin-
quens, & rursus ad caput recurrat, adhuc gravior fit. [15] Ve-
rum omnium horum gravissi-
mus est: si ex capite ad collum
ac dorsum tendat. [16] Utilitates
autem his ex abscessibus fore ex-
pectandum est, [17] aut ubi pus
per tussim rejecerint, [18] aut hæ-

μορροίδας ἔχουσιν, [19] ἢ ἐξανθήματα ἐν τοῖσι σώμασι. [20] λυσιτελέει ἢ καὶ πίτυρωθεῖσα ἡ κεφαλή.

morrhoidas habent, [19] aut pustulas in corporibus enatas. [20] Confert etiam caput furfures habens.

xxxvii. " Νάρκη δὲ καὶ κνισώδιες οἷσι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διαΐσσει, τοῦτο μὲν ἀπὸ πάσης, τοῦτο δὲ ἀπὸ μέρεός τινος, [2] πολλάκις δὲ καὶ ψυχρόν τι δοκέει αὐτοῖσιν ἀπαχωρέειν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, [3] τοῦτους ἐπανερέσθαι, εἰ καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἄκρην ἀφικνεῖται ἡ κνίσωσις. [4] εἰ γὰρ τοῦτο ποιέοι, τέλεον τὸ νόσημα γίνεται, καὶ χαλεπώτερον ἀπαλλάξαι. [5] δύπελες δὲ αὖθις τοῦτο. [6] οἱ δὲ τρόποι τῶν ὠφελέων ἐξ ὑποστάσιων, ὥσπερ προγέγραπται. [7] ὅσον μὲν τι ἐπιγίνονται ὑποστάσιες ἐπὶ τούτοισιν ἢ ἐκείνοισιν.

xxxvii. Torpores & punctura pruriginosæ velut ab urtica, quibus per caput discurrunt, aliquando per totum, aliquando per aliquam partem: [2] sæpe vero & frigiditas aliqua ab ipsis sentiri putatur, velut per caput discurrere: [3] hos interrogare oportet, an etiam ad summam linguam punctura illa procedat. [4] Si enim hoc fecerit, perfectus morbus fit, & qui difficilius submoveri possit. [5] Verum absque hoc facilis est. [6] Modi vero utilitatum consequendarum ex abscessibus contingent, veluti antea scriptum est. [7] Sed tamen abscessus minus in his succedunt, quam in illis.

xxxviii. Ὁκόσους ξὺν τῇσιν ὀδυνήσιν σκοτοδινοι λαμβάνουσι, δυσαπάλακτον καὶ μανικόν. [2] γέρουσι δὲ ὁ τρόπος ὅτῳ μάλιστα γίνεται. [3] αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι αἱ ἀμφὶ κεφαλὰς ἀνδράσί τε καὶ γυναιξὶν ἀσφαλῶς ἰσχυρόταται καὶ πολυχρονιώτεραι. [4] γίνονται δὲ καὶ νεανίσκοισί τε καὶ παρθένοισι τῇσιν ἐν ἡλικίῃ, καὶ μάλιστα τῶν καταμηνίων ἐς τὴν ὡρόδον. [5] τῇσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇσι κεφαλαλγίῃσι τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεται, ἃ καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν. [6] αἱ κνισώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ τούτῃσιν ἧσσον ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν, [7] ἢν μὴ τὰ καταμήνια τελέως ἠφανισμένα ᾖ.

xxxviii. Quoscunque vero una cum doloribus vertigines corripiunt, malum ægre exolubile ac furiosum existit. [2] Senibus autem maxime hic modus fit. [3] At alii morbi circa caput, & viris, & mulieribus, cum securitate vehementissimi sunt, & diuturniores: [4] fiunt autem & adolescentibus, & virginibus in ea pubertatis ætate, & maxime circa mensium progressum. [5] Mulieribus vero in capitis doloribus, alia quidem omnia fiunt, quæ & viris. [6] Verum punctura illæ pruriginosæ & affectiones atrabilariæ, his minus quam viris, [7] si non menses penitus aboliti fuerint.

xxxix. " Οἷσι δὲ τὰ χρώματα νέοισιν ἔῃσι πονηρὰ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον, ξυνεχέα δὲ, μὴ ἰκτερώδεα τρόπον, [2] ἤτοι καὶ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν κεφαλὴν ἀλγέουσι, [3] καὶ λίθους τε καὶ γῆν

xxxix. Quibus colores, dum juvenes sunt, pravi sunt ad multum tempus & continenter, non tamen morbi regii modo: [2] hi sive viri sint, sive fœminæ, caput dolent, [3] & lapides ac terram

γλῶ τρώγεσι, [4] καὶ αἱμορροΐδας ἔχεσι. [5] τοὶ δ' χλωρὰ χρώματα ὅσα χρόνιά εἰσι, καὶ μὴ ἰσχυροὶ ἴκτεροί εἰσι, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ποιέοντα αὐτοῖσι ξυμβαίνει· [6] ἀνθ' ὧν τοῦ λί- 199
θου τε καὶ τῆς γῆς τρώγειος, τὰ ὑποχονδρια λυπέει μᾶλλον ἢ τοὺς ἑτέρους. [7] οἱσι δὲ πελιὸν χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, καὶ τὰ πρόσωπα ἐπημμένα ἔχοντες, [8] ἐδόντα χρὴ τούτους, τὴν κεφαλὴν ὀδυνωμένους, ἢ περὶ τὰ σπλάγχνα ἀλγήματα ἔχοντας, [9] ἢ ἐν τῇ ἕδρῃ κακόν τι, [10] ἢ ἐν ἰσχίοισι. [11] τοῖσι δὲ πλείστοισι, τούτων φαινομένων, οὐκ ἐν τούτων τῶν κακῶν φαίνεται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰ, ἢ καὶ πάντα

XL. [12] Οἱ δὲ νυκτὸς ὁρῶντες, 201
οὓς δὴ νυκτάλωπας καλέομεν, [3] ἥτοι ἁλίσκονται ὑπὸ νόσημάτων νέοι, ἢ παῖδες, ἢ καὶ νεανίσκοι· [3] καὶ ἀπαλλάσσονται ὑπὸ αὐτομάτου, οἱ μὲν τεσσαρακονθημέροι, οἱ δ' ἑπτάμηνοι. τισὶ δὲ καὶ ἐνιαυτὸν ὅλον παραμένει· [4] σημεῖον δὲ χρὴ τοῦτο χρόνου, ἐς τε τὰ ἰσχία νόσημάτων ὁρῶντα, ἐς τε τὰ ἡλικίην καὶ νοσέοντας. [5] αἱ δὲ ἀποστάσιες ὠφελέουσι μὲν τούτους ἐπιφαινόμεναί τε καὶ ἐς τὰ κάτω ῥεπόμεναι· [6] ἐπιγίνονται δὲ καὶ ἄρρεσι, καὶ τὰ νεότητα. [7] αἱ δὲ γυναῖκες ἧσσον ἁλίσκονται ὑπὸ νόσημάτων τούτων, καὶ δὲ παρθένοι, ἧσσι τὰ ἐπιμήνια φαίνονται. [8] οἷσι δὲ ῥεύματα δακρύων πολυχρόνια, ἢ νυκτάλωπες γίνονται, τούτους ἐπανερωτᾶν, εἰ τὰ κεφαλὴν πρόσθεν ἠλγηκότες ἔασι πρὸ τῆς ἀποκηρύξιος τῶν τελέων. [9] Ὁκόσοι δὲ μήτε πυρετοὶ αὖλες, μήτε ἄχροοι ἐόντες, [10] ἀλγέουσι πολλάκις τὴν τε κορυφὴν καὶ τοὺς κροτάφους, [11] εἰ μὴ τὸν ἄλλον φανερὸν ἔχουσιν ἀπόστασιν ἐν τῷ προσώπῳ, [12] ἢ

ram comedunt, [4] & hæmorrhoidas habent. [5] Pallidi vero cum virore colores qui diuturni sunt, & morbus regius vehemens non est, alia quidem eadem facere solent: [6] verum pro lapidum ac terræ esu, præcordia hos magis affligunt quam alteros. [7] Quicunque vero multo tempore pallidi apparent, & facies in tumorem elevatas habent, [8] eos caput dolere sciendum est, aut circa viscera dolorem habere, [9] aut in sede malum aliquod [10] in scipsis. [11] Ex his autem apparentibus, plerisque non unum aliquod horum malorum apparet, sed plerunque multa, aut etiam omnia.

XL. Qui nocte vident, quos sane nyctalopas vocamus, [2] hi morbo corripiuntur juvenes, [3] aut pueri, aut etiam adolescentes, & liberantur sua sponte, aliqui in quadraginta diebus, aliqui septimo mense: quibusdam vero & per totum annum permansit. [4] Quipropter de tempore conjectare oportet, ita ut & ad morbi robur, & ad ægri ætatem respicias. [5] Abscessus autem his prosunt insuper apparentes, & ad infernas partes fluentes. [6] Verum non valde accedunt, propter juventutem. [7] At mulieres non corripiuntur ab hoc morbo, neque virgines quibus menses comparent. [8] Quibus autem lachrymarum fluxiones diuturnæ fuerint, & hi nyctalopes fiunt, eos interrogare oportet an caput doluerint, antea quam hæc revelarunt. [9] Quicunque dum neque febricitant, neque decolores sunt, [10] sæpe & verticem & tempora dolent, [11] si non alium manifestum habuerint abscessum in facie, [12] aut

12 ἢ βαρὺ φθέγξωνται, 13 ἢ ὀδόντας ἀλγέωσι, 14 τούτοισιν αἱμορραγῆναι δεῖ τῶν ῥινῶν ὑποδέχεται.

XLI. Οἷσι δὲ καὶ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥέῃ, δοκέουσιν οἱ ὑγιαίνειν ταῦτα· 2 τούτους δὲ ἢ σπλῆνα δυσηδέα ἐπημμένον ἔχοντας, 3 ἢ τὴν κεφαλὴν ἀλγεοντάς τε καὶ μαρμαρυγώδεά τι περὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν φαινόμενον σφίσι. 4 τοῖσι δὲ πλείστοισι τούτων ἅμα καὶ τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔτεα ἔχοντα φαίνεται, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ σπλεός.

XLII. Οὖλα δὲ πονηρὰ καὶ σήμαθα δυσώδεα, οἷσι σπλῆνες μεγάλοι. 2 ὁκόσοι δὲ ἔχουσι σπλῆνας μεγάλους, μήτε αἱμορραγίαι γίνονται, μήτε σήμαθα δυσῶδες, τελέων αἱ κνῆμαι ἕλκεα πονηρὰ ἔχουσι, καὶ ἀλὰς μέλανας. 3 τοῖσι δ' ἄλλοισι φανερὸν ἔχουσιν ἀπόσασιν ἐν τῷ προσώπῳ, ἢ βαρὺ φθέγξωνται, ἢ ὀδόντας ἀλγέωσι, τελέοισιν αἱμορραγίαι διὰ ῥινῶν προσδέχεται. 4 οἷσι δὲ καὶ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαίρεται ἰσχυρῶς, τούτους σπλῆνας μεγάλους δύρησις ἔχοντας. 5 εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα προσγίνοιτο, καὶ ὕδωρ φανήσοι ἔχοντες· 6 ἀλλὰ δεῖ τὴν γαστέρα καὶ τὸ ὀσφὺν ἐπισκοπέειν. 7 τὰ δὲ ἐν τοῖσι προσώποισι παραγρέμματα, ἢν μηδενὶ ἄλλῳ σώματος ἐπιγίνηται, ταχέως παύεται, καὶ αὐτόματα καὶ πρὸς ἀνάγκας. 8 οἱ δὲ ἄλλοι ἀπόπληκτοι, οἷσι μὲν τὸ μὴ δύνασθαι κινέειν, λεπτύνεται τὸ νενοσηκὸς σῶμα, ἔστι δὲ ἀδύνατα ἐς τοῦτο καθίσασθαι· 9 οἷσι δὲ ξυλλήψιες μὴ ἐπίγενωνται, ἔστι δὴ ἔσον ὑγιέες.

XLIII. Περὶ δὲ χρόνου, ὁπότε ἔσον, πρὸς λέγειν ἐς τε τὸ ἰσχὺν σημήνασθαι ὁρῶντα, ἐς τὸν χρόνον, καὶ ἐς τὴν ἡλικίην καὶ ἀνθρωπείην καὶ ἐς τὴν ὥρην, 2 εἰδέναι ὅτι τὰ παλαιότατα τῶν

12 aut graviter loquantur, 13 aut dentes doleant, 14 his sanguinem per nares erupturum esse expectandum est.

XLI. Quibus vero ex naribus sanguis fluit, hi alioqui sani esse videntur, 2 hos autem vel splenem in tumorem elevatum habere comperies, 3 vel caput dolere, & splendicans quiddam ipsis ob oculos obversatur. 4 Plerisque vero horum simul & caput & splen hoc modo se habere apparent.

XLII. Gingivæ vitiatæ, & ora graveolentia his sunt quibus splenes magni. 2 Quicunque vero habent splenes magnos, & neque sanguinis eruptiones ipsis contingunt, neque oris graveolentia, horum tibiæ ulcera prava habent, & cicatrices nigras. 4 Quibus partes sub oculis vehementer attolluntur, eos magnos habere lienes comperies. 5 Si vero etiam in pedibus tumores accesserint, aquam etiam habere videbuntur. 6 Verum & ventrem, & lumbos inspicere oportet. 7 At vero distortiones in facie, si nulli alii corporis parti communicent, cito sedantur, aut sua sponte, aut ad necessitatem coactæ: 8 reliqui vero syderati fiunt. Quibus una cum hoc quod movere non possunt, morbosa corporis pars attenuatur, hi in sanitatem restitui non possunt. 9 Quibus autem colliquationes non accesserint, hi sani evadent.

XLIII. Cæterum de tempore quando sani erunt prædicendum est, respectu habito ad vim morbi, & ad tempus, & ad ætatem hominis & ad anni tempus, 2 ita ut ejus rei memor sis, quod

τῶν νοσημάτων, καὶ τὰ κρίσιμα, καὶ [τὰ] κυλινδέλματα, βαρύτιλα ὑπακέα, [3] καὶ τὰ ἐν τοῖσι γεραιτάτοισι τῶν σωμάτων. [4] ἔστι δὲ καὶ τὸ φθινόπωρόν τε καὶ ὁ χρόνος καὶ ἦρός τε καὶ θέρεος ἀνεπιηδότερος ταῦτα τὰ νοσήματα ἀφιέναι.

XLIV. [1] Αἱ δὲ ἐν τοῖσιν ὦμοισι ὀδύναι, ὁκόσαι μὲν ἐς τὰς χεῖρας ἐπικαταβαίνουσι, νάρκας τε καὶ ὀδύνας παρέχουσιν, [2] τουτέοισιν ἀποστάσιες μὲν οὐκ ἐπιγίνονται, ὑγιάζουσι δὲ μέλανας χολὰς ἐμέουσες. [3] ὁκόσαι δὲ αὐτῆ μένουσι ἐν τοῖσιν ὦμοισιν, ἢ καὶ ἐς τὸ νῶτον ἀφικνέονται, τούτους πύον ἐμέουσες ἐκφυγαίνουσιν, ἢ μέλανα χολήν. [4] κρίσιμα δὲ ἥδε τελέων ὧδε. [5] ἢν μὲν γὰρ δύσπνοοι ἔωσι καὶ ἰσχνοὶ, μέλανα χολὴν αὐτοὺς μᾶλλον ἐλπὶς ἐμέσαι. [6] εἰ δ' αὖ δυσπνοώτεροι καὶ ἐπὶ τὸ ὠχρώτερα ἐπιβρέχῃ τι αὐτοῖσι χρῶμα, ὁ πρόσθεν οὐκ ἐπεφύκει, ὑπέρυθρον, εἴτε μέλαν, τούτους πύον ἐλπὶς μᾶλλον πλύσαι. [7] σκέπτεσθαι δὲ χρὴ τούτοισι, καὶ εἰ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα ἔνεστι. [8] καὶ γὰρ τοῦτο τὸ σημεῖον τούτοισιν ὁμολογέουσι. [9] τὸ δὲ νόσημα τοῦτο τοῖσιν ἀνδράσι πρόσγινεται ἰσχυρόταται, τοῖσιν ἀπὸ τεσσαρακοστοῦ ἐτέων ἐς τὰ ἑξηκοστά.

XLV. Τοῖσι ἡλικίῃσι δὲ τούτων μάλιστα ἰσχιάδες βιάζουσι. [2] σκέπτεσθαι δὲ δεῖ ὧδε περὶ ἰσχιάδων. [3] ὁκόσοισι γὰρ τῶν γεραιτέρων αἵ τε νάρκαι ἰσχυρόταται, [4] καὶ καταψύξιες τῆς ὀσφύος τε καὶ τῶν σκελέων, [5] καὶ τὸ αἰδοῖον ἐπαίρειν ἀδυνατέουσι, [6] καὶ ἡ γαστὴρ ἀθρῳρεῖ, εἰ μὴ πρὸς ἀνάγκην, [7] καὶ κατωφερὴς μύξα πολλὰ διεξέρχεται, [8] τουτέοισι χρονιώτατον τὸ νόση-

quod vetustissimi morbi, & pessimi, & qui revolvuntur, gravissime obediunt: [3] itemque hi qui sunt in vetustissimis corporibus. [4] Sed & autumnus, & hyems, ad tales morbos submovendos minorem commoditatem exhibent quam ver & æstas.

XLIV. Dolores porro in humeris oborientes, [1] qui quidem ad manus descendunt, torporesque ac dolores inducunt, [2] his absceſſus non succedunt, verum nigram bilem vomentes sanantur. [3] Qui vero isthic in humeris manent, aut etiam ad dorsum progrediuntur, eos puris, aut atræ bilis vomitu effugiunt. [4] Verum de his ita considerationem facere oportet. [5] Siquidem enim facile spiraverint, ac graciles fuerint, atram bilem ipsos vomituros esse spes est. [6] Si vero difficilius spiraverint, & in faciem ipsis color incurrit, qui prius non erat, sive rubicundus sive niger, eos magis pus sputuros esse sperandum est. [7] Ad hæc vero considerandum est etiam, an in pedibus tumores sint. [8] Nam & hoc signum in his consentit. [9] Atque hic morbus viris vehementissimus esse solet, à quadragesimo anno usque ad sexagesimum.

XLV. Quæ ætate etiam coxendicum morbus maxime affligit. [1] Porro de coxendicum morbo sic considerationem facere oportet. [3] Quibuscunque senioribus & torpores vehementissimi sunt, [4] & perfrigerationes tum lumborum, tum crurum: [5] & qui pudendum arrigere non possunt: [6] & quibus alvus non egerit, nisi ad necessitatem coacta, [7] & prodit ipsis multus stercoraceus muçus: [8] his maxime diuturnus

νέσημα ἔσαι· [9] καὶ προλέγειν, ἐνιαυτὸν τὸ ἐλάχιστον, ἀφ' ἧς χρόνος ἤρξατο τὸ νόσημα, γίνεσθαι· [10] καὶ τὰς ὠφελείας ἐς τὸ ἔαρ τε καὶ τὸ θέρος προσδέχεσθαι. [11] " τοῖσι δὲ νεανίσκοισι, ἐπώδυνοι μὲν ἧσσον αἱ ἰσχιάδες, βραχύτεραι δέ. [12] καὶ γὰρ τεσσαρακοστῇ ἡμέρῃ ἀπαλλάσσονται. [13] ἀλλ' οὔτε αἱ νάρκαι ἐπιγίνονται ἰσχυραὶ, οὔτε αἱ καταψύξιες τῶν σκελέων τε καὶ τῶν ὀσφύων.

XLVI. Οἷσι δὲ τὸ νόσημα τοῦτο ἔνι μὲν ἐν τῇ ὀσφύι καὶ τῷ σκέλει, βιάζεται δὲ οὐκ ἔτως ὥστε κατακεῖσθαι, [2] " ξυνετὸν μέντοι σκέπτεσθαι μὲν ἢν που ἐν τῷ ἰσχίῳ, [3] καὶ ἐπανερέσθαι, εἰ ἐς τὸ βουβῶνα ἡ ὀδυνὴ ἀφικνεῖται. [4] ἴσως γὰρ ταῦτ' ἔχει ἄμφω, χρόνιον τὸ νόσημα γίνεται. [5] ἐπανερέσθαι δὲ καὶ, εἰ ἐν τῷ μηροῦ νάρκη ἐγγίνεται, καὶ ἐς τὸν ἰγνύην ἀφικνεῖται. [6] ' καὶ, ἢν φῇ, οὕτως ἐρέσθαι, ἢν καὶ ἐπὶ τὴν κνήμην " ἐπὶ τὸ πρόσθεν δὲ ποδός. [7] ὁκόσοι δ' ἂν τούτων τὰ πλεῖστα ὁμολογέωσιν, ἐπεῖναι αὐτοῖσιν, ὅτι τὸ σκέλος σφίσι τοῖσι μὲν θερμὸν γίνεται, τοῖσι δὲ ψυχρόν. [8] ἢν δὲ νέσος αὖτη, ὁκόσοισι μὲν τὸν ὀσφὺν ἀπολείπουσα ἐς τὰ κάτω πέπτει, διασώζει· [9] ὁκόσοισι δὲ τά τε ἰσχία καὶ τὸν ὀσφὺν μὴ ἀπολείπουσα ἐς τὸν αὖω πέπτει, ' προλέγειν θάνατον εἶναι.

XLVII. " Οἷσι δὲ περὶ τὰς ἄρθρα ὀδυναί τε γίνονται καὶ ἐπάρσιες, καὶ καταπαύουσι, οὐκ ἐν τῷ ποδαγρικῷ τρόπῳ, [2] σκέψις τά τε σπλάγχνα μεγάλα, " καὶ ἐν τῷ ἄνω λοβῷ ὑπόστασιν. [3] καὶ τὴν κροκώδεα, ἢν ἐπανέρῃ, φήσει πολλάκις ἀλγεῖν. [4] φήσει δὲ καὶ ἱδρῶτας αὐτῷ γίνεσθαι νυκτε-

morbus erit, [9] prædicendumque est annum ' ut minimum duraturum esse morbum, ab eo tempore quo incepit, [10] & opem ad ver & æstatem expectandam esse. [11] At vero juvenibus non quidem minus doloris inducit coxendicum morbus, verum brevior est: [12] nam quadragesimo die liberantur. [13] Sed neque torpores vehementes accedunt, neque perfrigerationes crurum ac lumborum.

XLVI. Quibus autem hic morbus est quidem in lumbis ac eruribus, non ' autem affligit adeo ut decumbant, [2] considerare oportet an alicubi sint collectiones in coxa, [3] & interrogare an ad inguen dolor progrediatur. [4] Si enim ambo hæc habet, diuturnus fit morbus. [5] Interrogandum insuper est, an in femore torpores insint, & ad poplitem progrediantur: [6] & si hoc confiteatur, rursus interrogandum, an & per tibiam ad summum pedem procedant. [7] Quicunque enim pleraque horum ' confessi fuerint, his dicendum est, quod crura ipsis aliquando calida, aliquando frigida fiant. [8] Quod si morbus hic lumbos relinquens, aliquibus ad infernas partes vertatur, eos confidentes esse jube. [9] Quibuscunque vero coxas & lumbos non relinquens, ad supernas partes convertitur, malum id esse prædicendum est.

XLVII. At quibus circa articulos dolores fiunt, & tumores, & sedantur, non podagrico modo: [2] in his ' comperies viscera magna, & in urina subsidentiam albam. [3] Et talis si tempora elevarit, dicet se sæpe dolere, [4] dicet etiam sudores sibi nocturnos

νυκλερινές. 5 "ὧν ἢ μήτε ἀπὸ τῶν ἕρω ὑφίστη ἡ ὑπόστασις αὕτη, μήτε οἱ ἱδρῶτες γίνονται, 6 κίνδυνος ἢ χωλωθῆναι τὰ ἄρθρα, 7 ἢ, ὃ δὴ μελικηρίδα καλέουσι, γίνεσθαι ἀπ' αὐτοῖσι. 8 "γίνεται ἢ τὸ νόσημα τοῦτο, οἷσιν ἐν τῇ παιδίῃ τε καὶ νεότητι ξυνήθεες ἐὸν αἷμα ῥέειν ἐκ τῶν ῥινῶν, πέπαυται. 9 ἐπανερέεσθαι οὖν χρὴ τὸ ἕν αἷμα ῥήξιος, εἰ ἐγένετο ἐν τῇ νεότητι. 10 καὶ αἱ κνίδωπες ἕν τε τῷ στήθει " καὶ τῷ μεσοφρένι εἰ ἔνεισι. 11 " καὶ ὀδύνας αἱ ἰσχυρὰς ὀδυνάς παρέχουσιν ἀνω καὶ κλαυθμύριζαν, καὶ ὀδύνησιν αἱμορροίδες γίνονται. 12 αὕτη γὰρ ἡ ἀρχὴ τῶν νεζημάτων τούτων. 13 "ἢν ἢ καὶ κεφαλὴν οἱ ἄνθρωποι ἔχοντες φαίνωνται, ἐπανερέεσθαι καὶ κεφαλῆς εἰ ὀδυνῶνται· φήσουσι γάρ.

XLIIX. Τούτων ἢ, ὁκόσοισιν αἱ ἰσχιάδες ἐπόδυνοι ἔνεισι τοῖς δεξιοῖς ἔσω, τὰ ἀλγήματα ἰσχυρότερα γίνεται. 2 καὶ μάλιστα, ὅταν περὶ τὸν ὑποχονδρίου καὶ τὸ ἧπαρ τὸ ὑπόλειμμα τῆς ὀδύνης ᾖ. 3 ὠφελέει δὲ τοὺς τοιούτους τὰς ὀδύνας τοπαχυλήκεα ψόφος ἐν τῇ γαστρὶ γενόμενος. 4 ὁκόταν δὲ ἡ ὀδύνη παύσηται, τὸ οὖρον παχὺ καὶ χλωρὸν ἐρέουσιν. 5 ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀνωμαλώδης μὲν ἡ δυσκρασίη ὁ τρόπος ἐστὶ, χρόνιος δὲ κάρτα. 6 ὁκόταν δὲ παλαιὸν ἤδη ἢ τὸ νόσημα, ἀμφιλυσσάσσιν οἱ ἄνθρωποι ὑπ' αὐτοῦ. 7 ἀλλ' ἐπανερέεσθαι χρὴ εἰ αἷμα ἔσω, εἰ νέον ἐόντα ἐρρύη, καὶ χρὴ ἀμβλυωπίης, 8 καὶ χρὴ τῆς ἔρης τῆς κενώσιος χλωρότητος, 9 καὶ ἀμφὶ τῶν ψόφων, εἰ ἐγγίνονταί τε καὶ ὠφελέουσιν ἐπιγινόμενοι. 10 φήσουσι γὰρ πάντα ταῦτα.

XLIX. Λέπρας ἢ καὶ λέπρας καὶ

nos oboriri. 5 Si vero neque in urina subsidet talis subsidentia, neque sudores fiunt, 6 periculum est ne aut claudi fiant articuli, 7 aut affectio abscessus humore melli simili, quem melicerida vocant, sub ipsis nascatur. 8 Fit autem hic morbus his quibus in pueritia & juventute sanguis ex naribus fluere solitus desiit. 9 Proinde interrogandum est de sanguinis eruptione, an in juventute facta fuerit: 10 & an pruriginosæ velut ab urtica punctura, & in pectore, & in dorso insint: 11 & quibus alvi dolores fortes inducant, citra exturbationes: & quibus hæmorrhoides fiant. 12 Hoc enim horum morborum principium est. 13 Si vero etiam malo colore præditi sint hi homines, interrogandum est an caput doleant. Hoc enim fatebuntur.

XLIIX. Quibus vero ex his alvi dolores in dextris fuerint, dolores his vehementiores fiunt, 2 & præsertim quum ad præcordium juxta hepar, reliquiæ doloris fuerint. 3 His autem doloribus prodest strepitus statim in alvo obortus. 4 Postquam autem dolor quieverit, urinam crassam ac cum virore pallidam mingunt. 5 Atque hic modus nequaquam lethalis est, verum valde diuturnus. 6 Quum autem jam vetustus fuerit morbus, homines ab ipso cæcutiunt. 7 At de sanguine interrogare oportet, an in juventute fluxerit, & de visus hebetudine, 8 & de urinæ evacuationis pallore, 9 itemque de strepitibus an insint, & succedentes prosint. 10 Hæc enim omnia fatebuntur.

XLIX. Impetigines & lepræ,

καὶ λεῦκαι, οἷσι μὲν νέοισιν ἢ παισὶν ἔσσιν ἐγγύεθέ τι τούτων, ἢ καθ' μικρὸν φανὲν αὔξεται ἐν πολλῷ χρόνῳ, [2] τούτοισι μὲν οὐ χρὴ ἀπόστασιν νομίζειν τὸ ἐξανθήμα, ἀλλὰ νόσημα. [3] οἷσι δὲ ἐγγύεθέ τι τούτων ἢ πολύ τε καὶ ἐξαπίνης, τοῦτο ἂν εἴη ἀπόστασις. [4] γίνονται δὲ λεῦκαι μὲν ἐκ τῶν θανατωδεστάτων νοσημάτων, οἷον καὶ ἡ νοῦσος ἡ φοινικίη καλεομένη· [5] αἱ δὲ λέπρη καὶ οἱ λεχλῖδες ἐκ τῶν μελαγχολικῶν. [6] ἰῆσθαι δὲ τετέων δυσπειθέστερά ἐστιν, ὅσα [1] νεωτάτοισί τε γίνεται καὶ νεωτάτοις ἐστι, [7] καὶ τῷ σώματι ἐν τοῖσι μαλθακωτάτοισί τε καὶ σαρκωδεστάτοισι φύεται.

& vitiligines albæ, leucæ appellatæ, quibus quidem juvenibus aut pueris [1] aliquid horum factum est, aut paulatim conspectum in multo tempore augescit: [2] his non putare oportet abscessum esse eam papularum eruptionem, sed morbum. [3] Quibus vero horum aliquid factum est multum & derepente, hoc sane fuerit abscessus. [4] Fiunt autem leucæ quidem ex lethaliſſimis morbis, qualis est & morbus tabidus appellatus: [5] Lepræ vero & impetigines, ex morbis ab atra bile factis. [6] Ex [1] his autem facilius sanantur ea quæ in maxime juvenibus fiunt, & quæ recentiſſima sunt, [7] & in molliſſimis ac carnoſiſſimis corporis partibus producuntur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COACÆ PRÆNOTIONES.

Basil. græc. Foesius sect. II. 100. 115. Basil. lat.

pag 424

Οἱ ἐκ ῥίγεος θερμοὶ ψυχόμενοι, κεφαλαλγέες, τράχηλον ὀδυνώδεες, ἄφωνοι, [1] ἐφιδρούντες, ἐπαυανέσχοντες, θνήσκουσιν. [2] Αἱ μετὰ καθάψυξιος δυσφορείαι κάκιστα. [3] Καθάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον. [4] Ἐκ καθάψυξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος, ἐς σπασμὸν ἀποτελοῦσα. [5] Αἱ ἐκ καθάψυξιος ἔρων ἀπολήψιες, κάκιστον. [6] Μετὰ ῥίγος ἄγνοια, κακόν. [7] κακὸν δὲ καὶ λήθη. [8] Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ὑπολήθεα. [9] καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μετὰ ἱδρῶ-

Qui ex rigore perfrigerantur, caput ac collum dolentes, voce destituti, insuper exudantes, postquam se recollegerint, moriuntur. [2] Molestè ferre morbum cum perfrigeratione, pessimum est. [3] Perfrigeratio cum duricia, perniciosa est. [4] Ex [1] perfrigeratione timor, & tristitia præter rationem, in convulsionem finit. [5] Ex perfrigeratione urinas intercipi, pessimum est. [6] Ignorantia cum rigore, malum. [7] Malum item oblivio. [8] Soporosi rigores aliquatenus pernicioſi, [9] & flammeus in facie color, cum sudo-

ἱδρῶτ& σὺν τούτοισι κακοήθης. [10]
ἐπὶ δ' τουτέοισι ψύξις τῶν ὀπισθεν
ἀσαρκιὴν ἐπικαλέει. [11] καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὀπισθεν ἀσαρκιώδης. [12] " Αἱ δὲ νοῦσοι φέρουσαι πυκναὶ, καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι. [13] ὄρος γὰρ ἀπόληψιν καὶ ἐπώδυνον σημαίνουσι. [14] τὸ ἐφιδρῶν τούτοις κάκιστον. [15] " Ῥῖγος σὺν συνεχεῖ, καὶ σώματος ἀδυνέος ἤδη ἐόντος, θανάσιμον. [16] " Οἱ πυκνὰ ἐφιδρῶντες καὶ ἐπιῤῥιγόντες, ὀλέθριον. [17] καὶ ἐπὶ τῆσι τελευτῆσιν ἀναφαίνοντες ἐμπύημα ἔχοντες καὶ κοιλίας παροχώδεας. [18] " Τὰ δὲ νοῦσα ῥίγεα δυσφορώτερα. [19] ὃς δ' ἂν, ἐπιγενομένης τετάρτης καὶ εἰκοστῆς ἐπιῤῥιγῇ, δύσκολον. [20] " Οἱ φελικώδεες, κεφαλαλγικοὶ, ἐφιδρῶντες, κακοήθεες. [21] " Οἱ φρικώδεες ἐφιδρῶντες πολλῷ, δύσκολοι. [22] " Τὰ πολλὰ ναρκώδεα ῥίγεα, κακοήθεα. [23] " Οἷσιν ἐκλαμβάνουσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα. [24] " Οἷσι τοῖσι φελικὰ πυκναὶ ὑγιαίνουσιν, ἤτοι ἐξ αἵματος ῥύσιος ἐπιπυίσκονται. [25] " Τὸ φελικῶδες καὶ τὸ δύσπνοον σὺν τοῖσι πόνοισι, σημεῖα φθινώδεα. [26] " Ἐξ ἐμπυήσιος πολύμυος τοῦ κατὰ κοιλίην ἀλγήματα καὶ κλισίδια, καὶ τὸ ὑποῤῥέχειν ἀσώδεα, σημαίνει πλεῦρα πολλοῦ ἐν τῷ πολύμυι. [27] " Οἱ φελικώδεες, ἀσώδεες, κοπιώδεες, ὀφθαλμῶν ἀμυδρῶν, κοιλίας καταῤῥαγέοντες. [28] " Τὰ ἐπιῤῥιγόντα ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενα, ἄῤῥυπνα, φλεδονώδεα· σὺν τοῖσιν ὕπνοιζιν ἔρον ὑφ' ἑωυτοῦ χαλῶντα, ἐς ἀσαρκιὴν ἀποτελοῦντα. [29] " Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα

sudore, in his malignus est. [10] In his frigiditas posteriorum partium convulsionem accersit. [11] Et in summa, posteriorum partium frigiditas convulsoria est. [12] Ex dorso horrores frequentes, & cito transeuntes, ægre tolerari possunt. [13] Urinæ enim interceptionem dolorosam significant. [14] Insuper exudare, his pessimum est. [15] Rigor continenter vexans, corpore jam debili existente, lethalis est. [16] Qui frequenter exudant, ac insuper rigent, pernicioſum hoc est, [17] & in fine suppurationem habere comperiuntur, ventresque perturbatos. [18] Rigores ex dorso, molestiores sunt. [19] Qui vero decimaseptima die rigorem habuit, & quarta ac vicesima insuper riguerit, malignum hoc est. [20] Horrore affecti, caput dolentes, exudantes, malignum id est. [21] Horrore affecti, multum insuper exudantes, difficili malo implicantur. [22] Rigores multi torpidi, maligni sunt. [23] Quibus sexta die rigores fiunt, hi ægre judicantur. [24] Quibus sanis horrores frequentes sunt, hi ex sanguinis fluxione suppurantur. [25] Horror & spirandi difficultas in doloribus, signa tabis sunt. [26] Ex pulmonis suppuratione, & circa ventrem aliquando ac claviculam dolores, & anxie stertere, sputi copiam in pulmone significat. [27] Horrore affecti, anxii, delassati, lumbos dolentes, alvos humectas habent. [28] Affectiones insuper rigentes, & quæ ad noctem aliquanto magis exacerbantur, cum vigilis ac delirio in somnis, aliquando urinas involuntarie emittentes, in convulsionem desinunt. [29] Continui rigores

ἐν ὀξέσι, πονηρόν. 30 " Αἱ ὃκ ῥίγεσ μὴ κεφαλαλγίης ἐκλύσιες, ὀλέθρον. 31 πὶ αἱματώδεα ἤρα ἐν τούτοισι πονηρόν. 32 " Ρῖγος ὀπισθοτονώδες κλόνῳ. 33 " Τὸν φρικώσαντα καὶ ἄμα ἱδρώσαντα κρισίμως, ἐς δὲ τὸ ὕστερον φέξαντα ὠδαλόγως, μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαγόμενον, αἱμορραγήσειν οἴομαι. 34 " Τὰ μὴ ῥίγεσ ἐπιχόρημα ἤρα, πονηρὰ καὶ ἀπασμώδεα· 35 ἄλλως τε καὶ ὠθησαζόντων. 36 ἐλπὶς δὲ ἐπὶ τούτοισι καὶ τὰ ὦτα πὶ ὦτα, 37 " Τεταρταῖα ῥίγεα, ἐν μέσῳ παροξυνόμενα, πυρετῷ ἀτάκτῳ, πάνυ κακοήθεα. 38 πάνυ δὲ παροξυνόμενα τῶν ἀτάκτων, τῶν μεθ' ῥίγεος καὶ πυρετοῦ, ὀλέθρον. 39 " Αἱ ὃκ ῥίγεσ ἀφωνίαι, τρόμῳ λύονται. 40 καὶ τὰς ἐπιῤῥιγέοντας τρομώδεα γινόμενα κρίνει. 41 " Οἱ ὃκ ῥίγεσ μὴ κεφαλαλγίης ἐκλυόμενοι, σφάλεροί. 42 τὸ ἐμεσῶδες ἦρον τοῖσι κακόν. 43 " Οἷσι ῥίγος, ἤρα ἐπίσχεσις. 44 " Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοήθεες. 45 κακοήθεες δὲ καὶ ὃκ μετὰ ὁρμὴν ἀλγήματος. 46 ἀλλ' οὐδὲ γονάτων πόνος, κρῆγυον. 47 ἀτὰρ καὶ γαστροκνημιῶν πόνοι, κακοήθεες, καὶ γνώμης ἀδιάφοροι· ἄλλως τε, καὶ ἦρον ὑποχωρήσῃ. 48 " Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγήματος πυρετοί, κακοήθεες. 49 τὸ ἀγρῶδες ἐπὶ τούτοισι, κάκιστον. 50 " Οἱ μὴ ἀφαλείποντες ἐφιδρούντες πυκνὰ μετὰ ὑποχονδρίων ὀδύνας, ἐς ἐπίπολυ κακοήθεες. 51 καὶ ἐς ἀκρώμιον καὶ κληῖδα ἐπείζοντα ἀλγήματα, ἐν τούτοισι πονηρά.

in acutis, pravi sunt. 30 Ex rigore, cum capitis dolore exolutiones, pernicioſæ. 31 Cruentæ in his urinæ, pravæ. 32 Rigor cum diſtentione nervorum in poſteriora, occidit. 33 Qui inhorruerunt & exudarunt ' judicatorio modo, & poſtridie præter rationem horruerunt, ſi quis non vigiliis infeſtetur, neque concoxerit, ei ſanguinem erupturum eſſe puto. 34 Urinæ cum rigore ſuppreſſæ, malæ & convulſoriæ, 35 tum alias, tum ſi quis antea gravi ſopore preſſus fuit. 36 Spes autem in his eſt abſceſſus retro aures fore. 37 Rigores velut in febre tertiana, ſi in media inordinata febre exacerbentur, valde maligni ſunt. 38 Si vero contrario ' convellentibus modo exacerbentur, cum rigore & febre, pernicioſum eſt. 39 Vocis interceptiones ex rigore, ſolvuntur tremore. 40 Et inſuper rigentes tremores ſuccedentes judicant. 41 Qui ex rigore cum capitis dolore exolvuntur, in periculo verſantur. 42 Cruenta urina his mala eſt. 43 Quibus rigor, his urinæ ſuppreſſio. 44 Convulſio in febre, manuum ac pedum dolores, maligni ſunt. 45 ' Malignus eſt & doloris ex femore progreſſus. 46 Neque genuum dolor bonus eſt. 47 Sed & ſurarum dolores maligni ſunt, mentemque emovent, tum alias, tum ſi urinæ ſubſidentia in medio innatet. 48 Febres ex præcordiorum dolore malignæ ſunt. 49 ſopor in his peſſimus eſt. 50 Qui frequenter exudare cum præcordii intenſione non ceſſant, plerunque maligne habent, 51 & dolores in ſummum humerum ac ' clavi-culam incumbentes, in his pravi ſunt.

νηρά. 52 " Οἱ τριταιοφυεῖς ἀσώ- 33
δεες πυρετοὶ, κακοήθεες. 53 " Αἱ 34
ἐν πυρετῷ ἀναισθησίαι, κακόν. 54
" Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυ- 35
πνοι, κωματώδεες, ἐφιδρῶντες ἀ-
ναθερμαινόμενοι, κακόν. 55 " Οἱ 36
κοπιώδεες μὴ φρίκης ἐφιδρώσαν-
τες κριτίμως, ἀναθερμαινόμενοι
ἐν ὀξέϊ, κακόν. 56 ἄλλως τε καὶ
αἷμα ἐπιστάζωσι περὶ ταῦτα. 57
ἐκθερώδεες κακοήθεες, θνήσκουσι.
58 λοιμὸν [δὲ] ἀφαίρημα τε-
τόκοισι προδιέρχεται. 59 " Οἱ τρι- 37
ταιοφυεῖς ' παλαιώδεες, ἐς δρο-
μαίας μεταπεσόντες, δύσκολοι. 60
" Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμοὶ αὖθι 38
ἱδρῶτος προψυχόμενοι, καὶ ἄ-
πυνοι δὲ οἱ αὖθι ἱδρῶτι προ-
ψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν. 61
" Καὶ οἱ ἐπιῤῥιγώσαντες ἐκ τέ- 39
των, ἐμέσαντες ἄκρητα, ἀσώ-
δεες, τρομώδεες ἐν πυρετῷ, κα-
κόν. 62 καὶ ἀφωνίη ἐκ ῥίγεος. 63
" Τὰ δὲ ἐκ ῥιγῶν μικροῖσιν ἱδρῶσι 40
προψύχοντα, κακόν. 64 " Οἱ 41
ἐφιδρούμενοι, ἀναθερμαινόμενοι,
κακόν. 65 " Οἱ ἐφιδρούμενοι ἐν 42
πυρετῷ, ' κακοήθεες. 66 " Οἷ- 43
σι, χολώδεος ἀφαιρήσιος ἐσ-
ούσης, προσῆν ὄψις καὶ πι-
κρότης, κακόν. 67 " Ἐν πυρε- 44
τοῖσι, κοιλίης ἐμφυσωμένης,
πνεῦμα μὴ διεκπίπτον, κακόν.
68 " Κοπιώδεες, λυγμώδεες, 45
κάτοχοι, κακοί. 69 " Ἐκ νώ- 46
τε πυκνῆσι καὶ λεπτῇσι φλέ-
κνησιν ἐφιδρούμενοι, δύσφοροι.
70 ὄρχις [γὰρ] ἀπόληψιν ἐπώδυνον
σημαίνει. 71 τὸ ἐφιδρᾶν τούτοισι
κακόν. 72 " Τὸ προσδοκᾶν τὸ ἔθος 47
ποιέειν τι, οἷον προσδοκέεσθαι π
πρότερον μὴ εἰωθότα, ἢ τὸ ναυτιῶν, πονηρὸν, καὶ πλησίον
προσδο-

sunt. 52 Febres tertianæ naturam
referentes, cum anxietudine,
malignæ sunt. 53 Vocis inter-
ceptiones, in febre malæ sunt.
54 Lassati, caligantes, vigilan-
tes, soporosi, exudantes, re-
calescentes, male habent. 55 Las-
sati cum horrore si exudarunt
judicatorio modo, recalfacti in
morbo acuto, male habent, 56
tum alias, tum si circa hæc san-
guis de naribus stillarit. 57 ' Et 58
regio morbo abunde colorati,
moriuntur, 58 alba vero alvi
egestio in his præcedit. 59 Febres
tertianæ naturam referentes er-
roneæ, in pares dies translapsæ,
difficiles sunt. 60 Anxietudines
in diebus judicatoriis, si in his
sine sudore perfrigerentur, &
omnes qui sine sudore perfrige-
rantur citra judicationem, male
habent. 61 Et qui insuper rigue-
runt ex his, ubi vomuerunt me-
raca, ' anxii, tremuli in febre, 55
malum. 63 Qui ex rigoribus
parvis sudoribus perfrigerantur,
malum. 64 Exudantes, vigilan-
tes, recalescentes, malum. 65
Qui insuper exudant in febre,
maligne habent. 66 Quibus bilio-
sa est alvi egestio, his circa
pectus morsus & amaritudo, ma-
lum est. 67 In febribus inflata
alvo flatus non erumpere, ma-
lum. 68 Lassati, singultientes,
stupore detenti, mali. [69 Ex
dorso crebris & parvis horrori-
bus leviter insudantes, difficile
habent. 70 Urinæ enim interce-
ptionem plus nimio dolentem
significat. 71 His leviter insuda-
re, malum.] 72 ' Præter con- 60
suetudinem quid facere, velut
est, proponere sibi aliquid, &
expectare aliquid, prius non
consuetum, aut contrarium,
malum est, & mentis emotioni
proxi-

35 ωδῆκηπῶς. 73 Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κεφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα. 74 Οἱ ἐφιδρῶντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι ὑποδύζοροι, κακόν. 75 ἄλλως τε καὶ ἐπ' ὄρθροισι μέλασι. 76 καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τούτοισι πνεῦμα, κακόν. 77 Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, [πονηρόν.] 78 καὶ δίψα δὴ τοιαύτη, πονηρόν. 79 Ἐκ κρεμιώδους ἀπόκρισις, [κακόν.] 80 κακὸν [ὃ δὲ] φωνὴ ὀξεῖα. ὑποχόνδρια [γὰρ] τετόισιν εἴσω εἰρύαται. 81 Τὰ ἐκ ψύξιος ἱδρώσεος ταχὺ ἀναθερμαινόμενα, κακόν. 82 Οἱ ἐν ὀξέσιν ἐφιδρῶντες ὑποδύζοροι, κακόν. 83 Οἱ ωδῆλόγως, κενεαγείης μὴ ἐούσης, ἀδυνάτως, κακόν. 84 Ἐν πυρετῷ ἕλξις οἵου ἀπ' ἐμέτου, ἐς ἀνάχρεμψιν τελεσθῶσα, κακόν. 85 Νάρκη ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν. 86 Στάξις αἱ ἐλάχιστα, κακή. 87 Κακὸν δὲ πίνειν ἐν ὀξεῖ δίψα ωδῆλόγως λυθεῖσα. 88 Οἱ ποῦς χεῖρα ἀναίσσοντες, κακοί. 89 Οἵσιν ἅμα πυρετῷ καυσώδεϊ οἰδήματα ὑπνώδεα νενωθρωμένα, ἐς πλευρὸν ὀδύνη ἐπελθοῦσα ωδῆπληκτικῶς κλίνει. 90 Πνῖγμος ἐν ὀξέσιν, ἔσθιν ἰσχνοῖσιν, ὀλέθριον. 91 Ἐπὶ τοῖσιν ἤδη ὀλεθρίοισι τὰ σμικρὰ τρομώδεα, καὶ ἰώδης ἔμετος [πνευσιμα.] 92 οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποψοφέοντες καὶ ὑποβορβορύζοντες ξηροῖσι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβρωχθίζοντες πνεύματι βηχώδεϊ, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι καλεψυγμένοισι. 93 Τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ἐρυθήματα, ὀλέθρια. 94 Οἱ ἐκ φυσῶντες καὶ ἀνακεκλασμένοι ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντες ἱκτερώδεα

48 proximum. 73 Qui morbi in malis signis levantur, & qui in bonis non remittunt, difficiles sunt. 74 Qui exudant, & maxime capite, in morbis acutis submoleste ferentes, malum, 75 tum alias, tum si urinæ sunt nigræ, 76 & turbidus ' spiritus 65
49 in his, malus. 77 Extremæ partes si in utranque partem cito transmutentur, malum est. 78
51 Sed & sitis hujusmodi mala est. 79 Ex moderato ferox responsio, malum. 80 Vox acuta, malum. Præcordia his intro trahuntur.
52 81 Qui ex perfrigeratione sudorosa cito recalescunt, malum.
53 82 Qui in acutis exudant submoleste ferentes, malum. 83 Qui præter rationem nulla existente
54 vasorum evacuatione, ' impo- 70
tentes fiunt, malum. 84 In febre tractus velut à vomitu, in screationem desinens, malum.
55 85 Torpor in utranque partem
56 cito transiabens, malum. 86
57 Sanguinis stillæ pusillæ, malæ.
58 87 In acuto morbo sitis prætet
59 rationem soluta, malum. 88 Qui
60 ad manum exiliunt, male habent. 89 Quibus cum febre ardente, tumores somnolenti, torpidi fiunt, his dolor in latus
75 superveniens ' levis siderationis
61 ac resolutionis modo occidit. 90
Suffocatio in acutis, ægris attenuatis, pernicioſa. 91 In pernicioſis jam parvi tremores, & vomitus æruginosus. 92 Qui in
62 potibus subsurrepunt, & submurmurant in siccis: & qui difficulter deglutiunt spiritu tussiente, pernicioſe habent in acutis perfrigeratis. 93 Rubores
63 in manibus ac pedibus, perni-
64 cioſi. 94 Efflantes & refracti, in somnis ' leviter suspicientes, 80
morbo regio abunde colorati

morun-

ἐκλεροώδεες καλαικηρέες θνήσκεσι.
426 95 ' Λόγκον ἀμαχώρημα τέτοισι προσέρχεται. 96 " Αἱ ὦν πυρετῖσιν ἐκστάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνω, ὀλέθριαι. 97 " Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ὦν πυρετῷ, σιώτομον θάνατον σημαίνει. 98 " Οἷσιν ὦν πυρετῷ, ἀλγήματος πλευρῆς γλυκέος, ἡιλίη ὑδατώδης πολλὰ ἀφοδεύσῃ ῥηϊδίως. 99 [Οἷσι] δ' ἀσιτίαι προσγενόμεναι, καὶ ἰδρῶτες μετὰ τοσούτου δυσχροίης καὶ ἡιλίης ὑγρῆς, καί τοι καὶ ' καρδιαλγίης, ἔστι μακροτέρως νοσήσαντες, ὥσπερ τοὺς περιπνευμονικῶς τελευτῶσι. 100 " Πυρέσσοντι ὦν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ ἄνω ἢ κάτω διελθοῦσα, θανάσιμον. 101 " Οἱ μετὰ καταψύξιων σὺν ἀπύρων ἐφιδρουῦτες ἄνω, δύζφοροι, φρενιτικοί τε καὶ ὀλέθριοι ὦν ὀξέι. 102 " Τὰ ἐπ' ὀλίγην ὀξέα ἀλγήματα ἐς κληῖδα καὶ τὰ ἄνω πίπτοντα, ὀλέθρια. 103 " Ἐν μακροῖσιν ὀλεθρίοισιν ἕδρης ἄλγημα, θανάσιμον. 104 " Τοῖσιν ἀσθενέως ἤδη διακειμένοισι μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκέειν, ἢ διαστρέφεσθαι ' χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον. 105 " Ἐν πυρετῖσι βουβῶνος ἄλγημα νέσον χρονίζουσημαίνει. 106 " Αἱ ὦν πυρετῖσιν ἀκρισίαι, χρόνους μὲν ἐμποιέουσιν, ἀτὰρ ἐχὶ ὀλέθριαι. 107 " Οἱ ἐξ ἀλγημάτων ἰσχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι. 108 " Αἱ τρομώδεες, ψηλαφώδεες σφυγμικρέσιες, φρενιτικαί. 109 καὶ εἰ μὴ γαστροκνημίῳ πόνοι ὦν τέτοισι, γνώμης σφάφοροι. 110 " Ὅσοι ὦν ξυνεχεῖ ἄφωνοι κείμενοι μύοντες σκαρδαμύσσουσιν, λῶ, σμικρὸν ῥηνὸν ὦν ῥινῶν, ἐμέσαντες

moriuntur, 95 alba alvi egestio in his præcedit. 96 In febribus mentis emotiones taciturnæ, in eo qui voce privatus non est, perniciosæ sunt. 97 Livores oborientes in febre, brevi mortem affore significant. 98 Quibus in febre dolore lateris oboriente, alvus multa aquosa ac biliosa egerit, hi allevantur. 99 Quibus vero inediæ consequenter accedunt, ac sudores, ' cum bono colore, & alvo liquida, ita ut adsit etiam aliquis cordis, seu potius oris ventris dolor, hi ubi longius ægrotarunt, peripneumonicorum modo moriuntur. 100 Febrienti si atra bilis in principio, sursum aut deorsum proderit, lethale est. 101 Qui cum perfrigerationibus, non sine febre, superne exudant, molestè ferentes & phrenitici, in acuto morbo pernicioſe habent. 102 ' Dolores modice acuti, ad claviculam ac sursum transeuntes, pernicioſi. 103 In longis pernicioſis morbis, sedis dolor lethalis est. 104 Si debiliter jam affecti, non videant, aut non audiant, aut labium, aut oculus, aut nasus ipsis distorqueatur, lethale est. 105 In febribus inguinis, & glandularum dolor, morbum diuturnum significat. 106 In febribus judicationes impeditæ ac sublatæ, temporis quidem diuturnitatem inducunt, ' non autem pernicioſæ sunt. 107 Febres ex doloribus vehementibus diuturnæ. 108 Mentis emotiones tremulæ, palpatoriæ, phreniticæ sunt, 109 & dolores circa suram, in his mentem emovent. 110 Quicunque in febre continua, voce destituti jacentes, oculis connivent nictant, hi si postquam

san-

15 σωλες " φλέγξωνται, καὶ παρ' αὐτοῖσι ῥέουσι, σώζονται. 111 μὴ ῥεόμενων δ' τάτων, δύσπνοοι ῥεόμενοι, θνήσκουσι σωζόμενοι. 112 " Οἱ λαβόντες, ἐς τὴν αὔ- 78 ριον παροξυνθέντες, κακόν. 113 " Τριτίῳ ἐπιχόντες, τριταίῳ 79 παροξυνθέντες, κακόν. 114 ἦ ῥά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιῦτοι παροξύνονται. 115 " Ὁκόσοισιν οὐκ- 80 λείπουσιν οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ κρισίμους, ὑποτροπικόν. 116 " Οἱ δ' 81 ἀρχὴ λεπτοὶ μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ καὶ ἄρυ λεπτοῦ, περὶ κρίσιν παροξύνονται. 117 θαῦμα δὲ ἐδέν, 20 εἰ καὶ παραφροσύνη καὶ ἐπ' ἀγρυπνίῃ γίνοιτο. 118 " Ἐν ὀξέσι κι- 82 νήσις, ῥιπασμὸς, ὕπνος παραχώδης, ἀπαζμὸν σύνοισι σημαίνει. 119 " Αἱ παραφρόνες φρασὶ τοῖσι 83 ἐγέρσιες παραφορώδεες, πονηρὸν, καὶ σπασμώδεες. 120 ἄλλως τε καὶ μετ' ἰδρώτων. 121 σπασμώδεες δὲ καὶ τρόμοι καὶ μεταφρένων δοκέουσι ψύξιες, ἀτὰρ καὶ ὅλου τοῦ σώματος. 122 ἐν τούτοισιν ὑμενώδεες ἐρύσιες. 123 " Αἱ ἐν κώμασι παρακρούσιες, 84 σπασμώδεες. 124 " Αἱ ἐπ' ὀλίγον 85 φρασέαι παραφρούσιες, ἠελώ- 25 δεες. 125 καὶ σπασμὸς δὴ " σφισημαίνουσιν. 126 " Ἐν τοῖσι μακροῖ- 86 σι κοιλίης ἄλγεσι ἐπάρσιες, σπασμώδεες. 127 " Τὰ δ' ὑπὸ παραχώ- 87 δεα, ἄγρυπνα, ἐπισπάζοντα σκίνων, ἑλκώσαντα κεφαλὴν νύκτα, πονήσαντα ἐς τὴν αὔριον, ἐφιδρώσαντα, καταπαγέντα, φλεγμαίνοντα, ἀμβλυωπεῖ λαμπρῶς, καὶ λύει τὰ πάθεα. 128 τὸ ὑδατῶδες ὄρον τοιοῦτο σημαίνει. 129 " Μετὰ δ' ἐρημίην, τὸ ἐξισαμένων μελαγχολικῶς, οἱ τρομώδεες ῥεόμενοι, κακοήθεες. 130 " φρα- 89

sanguis ipsis ex naribus fluxit, & ubi vomuerunt loquantur, & ad seipsos redeant, servantur. 111 Si vero hæc non ' fiant, dif- 100 ficulter spirantes facti brevi moriuntur. 112 Qui melius habuerunt, si postridie exacerbentur, malum est. 113 Si tertia die cohibiti, quarta exacerbentur, malum est. 114 Num & tales exacerbationes phreniticæ sunt? 115 Quibuscunque desinunt febres, non in diebus judicatoriis, his recidivæ fiunt. 116 Qui in principio tenues, cum capitis pulsu, & urina tenui, ad judicationem acerbantur, 117 his ' nihil miri est 105 si & mentis emotio insuperque vigiliæ accedant. 118 In morbis acutis, motus, jactatio, somnus turbulentus, quibusdam convulsionem significat. 119 Turbulentæ cum ferocia excitationes mentem emoventes, malæ sunt itemque convulsoriæ, 120 tum alias tum cum sudoribus. 121 Convulsoriæ etiam videntur colli ac dorsi perfrigerationes, imo etiam totius corporis. 122 In his mictiones sunt pelliculosæ. 123 ' Deliria cum sopore, con- 110 vulsoria. 124 Mentis emotiones modici feroces, ferinæ sunt, 125 sed & convulsiones significant. 126 In morbis longis, ventris præter rationem tumores, convulsorii. 127 Affectiones statim turbulentæ, vigilias inducentes, sanguinem de naribus stillantes, sexta die allevantes per noctem; postridie rursus affligentes, exudantes in somnum delatæ, mentem emoventes, ' large sangui- 115 nem fundunt, & morbos solvunt. 128 Aquosa urina talia significat. 129 Qui cum relatis, ab atra bile mente moti, tremuli fiunt, maligne habent. 130 Deli-

φρο-

rium

φροσυνη ἐν πυρέτοισι καὶ ἰδρῶσι, διαλειπούσης. 131 Διαλειπούσης ὅ τι ἐν πυρέτοισι, ἐς λυσιν. 132 Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενίτιδι ἐν ἀρχῇ, ἀγαθόν. 133 Ἐν φρενίτιδι ἀφεδρώσιες λευκὴ καὶ ὑγρότης, κακόν. 134 ῥῖγος τελευταῖον κάκιστον. 135 Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇσι τὰ ἐπιφανῶς ἔχοντα, πυκνάζει μεταπίπτοντα, κακόν. 136 Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόν. 137 Οἱ ἐξισταμένοι μελαγχολικῶς, τρομώδεες γινόμενοι, καὶ πτυαλίζοντες, ἦ ῥᾳόν γε φρενιτικοί; 138 Οἱ σκοτώδεες, ὀξέως ἐπιπυρέξαντες, φρενιτικοὶ γίνονται. 139 Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπνοϊκοί, ψόφοι καταπτόμενοι, τρομώδεες ἢ ἀσασμώδεες. 140 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικῶς τρομώδεα, θανάσιμα. 141 Αἱ περὶ ἀναλημψίας ἀφροσύναι, κάκισται. 142 αἱ δὲ τούτων παροξυνόμεναι, ὀλέθριοι. 143 Αἱ ἀφρενήρεις, φωνῆ κλαγγώδεες, γλώσσης ἀσασμώδεες, καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γινόμενοι, ἐξίστανται. 144 σκληρυσμὸς τούτοισιν ὀλέθριον. 145 Αἱ ἀφεξαδυναλησάντων παροξυσμοί, κάκισται. 146 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι σπασμὰ μεταπίπτοντα, ἀσασμώδεα. 147 Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μὴ καθαρὸν πτυαλίζοντες, μέλανα ἐμεῖν δηλοῦσι. 148 Τοῖσι ποικίλως παρανοέουσι, καὶ ἀφρενήρεσι, πυκνὰ κωμαλώδεσι, ἀφεστάναι χρὴ μέλανα ἐμεῖν. 149 Τὰ παροξυνόμενα τρόπον ἀσασμώδεα, κάτοχα. 150 Τὰ παρ' οὖς ἐπαίρεσθαι ἐν μακροῖσι μικρά. 151 αἱμορῤῥωδέα σκολιώδεα ἐπιφαινόμενα, ὀλέθρια. 152 Οἱ ἰλιγγώδεες πυρετοὶ, ἐς ἄνυδρον ἰλεὸν καὶ μὴ ἰλεὸν, ὀλέθριοι. 153 Τοῖσι πυθ-

rium in ſpiritu & ſudore, lethale eſt. 131 Lethale eſt & in ſpiritu ac ſingultu. 132 Inſomnia in phrenitide evidentia, bona ſunt. 133 In phrenitide egeſtiones alvi albæ, & torpor, malum. 134 Rigor his peſſimus eſt. 135 In phreniticis in principiis affectiones manſuetæ, ac frequenter tranſmutationem habentes, malæ ſunt. 136 Quibus ab atra bile mente motis tremores fiunt, malum eſt. 137 Qui ab atra bile mente moti, tremuli fiunt, ac ſalivam fundunt, num ſane phrenitici ſunt? 138 Mente moti, acute inſuper febrientes, phrenitici fiunt. 139 Phrenitici parum bibentes, ſtrepitum valde percipientes, tremuli, aut convulſi. 140 In vehementer phreniticis tremores lethales ſunt. 141 Deliria, circa neceſſaria, peſſima. 142 Quæ ex his exacerbantur, lethalia ſunt. 143 Mentis perculſiones, voce clangoroſæ, linguæ convulſiones tremulæ, & voces tremulæ factæ, mentem alienant. 144 Duricies in his perniciosa eſt. 145 Prædebilitatorum deliria, peſſima. 146 Affectiones in phreniticis frequenter tranſmutationem habentes, convulſoriæ, pravæ. 147 Phrenitici cum perfrigeratione ſalivam fundentes, vomitum nigrum indicant. 148 Qui varie ægrotant, & frequenter ſoporoſi mente moventur, his nigrum vomitum expectandum eſſe dicito. 149 Quæ convulſorio modo exacerbantur, ſtupefactoria ſunt. 150 Tumores juxta aurem, in morbis longis parvi ſunt. 151 Sanguinis fluxiones ac vertigines inſuper apparentes, perniciosæ. 152 Febres vertiginoſæ, & cum volvulis, & ſine volvulis, perniciosæ. 153 An-

πνδυμαλίησιν ἐῦσι πυρετὸς ὕστερον ὀξύς. 154 μὴ ὑποχονδρίῳ ξυμφυὲς καὶ ψυχθεῖσι, παρ' ὃς μέγα ἔπαρμα. 155 Οἵσιν αὖ ἐν πυρετῷ ὀδυναι ἠνύσθησαν περὶ ὀσφὺν καὶ τὰ κάτω χωρία, φρενῶν ἅψωνται, ὑπολείπωσι τὰ κάτω, ὀλέθρια· ἄλλως τε κἀν ἄλλο τι σημεῖον κακοήθες πονηρόν. 156 ἢν δὲ τἆλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ ἦσιν, ἔμπυον ἦσθαι ἐλπίς. 157 Παιδίοισιν ὀξὺς πυρετὸς καὶ κοιλίης ὑπόστασις μὴ ἀχρυπνίης, καὶ τὸ σκληρὸν ἦν, καὶ ἡ χρῶμα μεταβάλλῃ, καὶ ἴκτερος ἐρεύθοι, σπασμώδες. 158 Τὰ δύθ' ὑποχώδεα, ἄχρυπνα, μέλαινα δὲ καὶ σιώθεα, αἱμορροΐδια ἔνια. 159 Τὰ ἀχρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῶ, αἱμορροΐδι· ἄλλως τε καὶ ἢν πεπερίῤῥυήκῃ. 160 ἦ ῥάγε καὶ μεταφέξαντες οἱ ἐπ' ὀλίγον ἐψύχοντες; 161 Περὶ δὲ τὰς παροξυσμὰς βήσσοντες, καὶ ἐφιδρῶντες μικρὸν, κακοήθεες. 162 Ἐς πλευρὸν ὀδύνης καὶ πνιγμὸς ἐπιγενόμενος, ἔστι ἐμπυήσαντα. 163 Οἷσιν ἐν σιτίοισι φλύζακια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύῃ, θανάσιμον, μὴ γινομένης πυώδεος ἀποστάσιος. 164 μάλιστα δ' εἰώθασι γίνεσθαι τούτοισι παρ' ὕας. 165 Ἐν ὀξέι, τὰ μὲν ἔξω ἐπιψύχεσθαι, τὰ δὲ εἴσω ἔχειν καὶ διψῶν, κακόν. 166 Οἱ σιτίοισι ἐπὶ τρίτης ἐπιλείποντες, ἐπικίνδυνοι. 167 Οἷσιν δ' ἐν πολλῇ πυρετὸς ἐπιλείπῃ, ἀκίνδυνον. 168 Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγίνοντο. 169 καὶ, ἢν γένωνται, σὺν ἄχρηστοι. 170 Κεφαλαλγίη ἐν ὀξέι, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, μὴ ῥενῖ.

154 heloſis febris poſtea acuta. Cum præcordio intento perfrigeratis, magnus circa aurem tumor. 155 Quibus in febre dolores circa lumbos & infernas partes oborti, ſeptum tranſverſum contingunt, infernas partes relinquentes, pernicioſi ſunt, tum alias, tum ſi aliud quoddam ſignum pravum accedat. 156 Si vero alia ſigna non fuerint prava, ſuppuratum fore timor eſt. 157 Pueris febris acuta, & alvus ſuppreſſa, cum vigiliis, & calcitrare, & colorem mutare, & ruborem habere, convulſorium eſt. 158 Affectiones ſtatim turbulentæ, vigilias inducentes, & nigra compacta egerentes, partim ſanguinem fundunt. 159 Affectiones cum vigiliis & anxietudine repentina, ſanguinem fundunt, tum alias, tum ſi quid etiam antea profluxerit. 160 Num & qui modice perfrigerati poſtea horruerunt? 161 At qui circa exacerbationes tuſſiunt, & parum exudant, maligne habent. 162 Ad latus dolore ac ſuffocatione accedente, hi ſuppurantur. 163 Quibus in febribus continuis puſtulæ per totum corpus erumpunt, lethale, ſi non purulentus abſceſſus fiat, 164 maxime autem circa aurem his fieri ſolet. 165 In morbo acuto externas partes perfrigerari, internas autem ardere, & ſitire, malum eſt. 166 Febres continuæ per tertiam diem augeſcentes, periculoſæ. 167 Quibus febris aliquando intermittit, periculo vacat. 168 In febribus longis, aut tubercula, aut dolores, in articulis fiunt: 169 & ſi facti fuerint, non ſunt inutiles. 170 Capitis dolor in morbo acuto, præcordium revulſum,

ῥυέντ@ αἵματ@ ἐκ ῥινέων, ἐς φρενιτικὸν τελεύτησιν. 171 " Τὰ λῴονα, μὴ χολέρης γινομένης, ἐ λύεται. 172 " Ἰκτερ@ τὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγινόμεν@, κακόν. 173 ἑβδόμη δὲ, καὶ ἐνάτη, καὶ ἑνδεκάτη, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη, κρίσιμον, μὴ σκληρῶν ὑποχονδρια· λῦ δὲ μὴ, ἐνδιαφόν. 174 " Αἱ πυκναὶ ἀφ' ὧν αὐτῶν ὑποστροφαὶ, τοῖς κρίσιν αἱματώδεες, μελάνων ἐμέτ@ ποιέσπ' γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες. 175 " Τὰ ἐν τριταίοισι πυρετῖσιν ἀληήματα παροξυόμενα τριταιοφυῆ ποιέεται, καὶ γρομῶδεα αἵματα ἀφαιρεῖ. 176 " Ἐν πυρετῖσι τῇ φλέβα τὸ ἐν τῷ ταχίλω σφυγμὸς καὶ πόν@, ἐς δυσεντερίην ἀπολήγ@. 177 " Τὸ μελαγχόλιον πολλάκις χρῶμα ἐς θερμασίην, χρήσιμον. 178 " Τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς μὴ ὑποχονδρίοισ@, παρ' ἓξ ἀφίσησιν. 179 " Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες δύσιοι, μηδὲν 'ἐπιδιδόντες, ἐπιστρέφουσι κακοήθως. 180 " Οἷσιν ἐν πυρετῖσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγμαλώδεες, καὶ τὸ στόμαχον ἐρρωμένον, καὶ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρὸν, χρόνιον, 181 καὶ ἐ παύον@ ῥεούσης αἵματος ῥύσι@ ἐκ ῥινέων πολλῆς, ἢ λυγγὸς, ἢ σπασμὸς, ἢ ὀδύνης ἰσχίων. 182 " Ἐν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, θανάσιμον. 183 " Ἐκ κοιλίης ἀληήματ@ ἐπὶ πόνῳ πυρετὸς καυσώδης, ὀλέθριον. 184 " Ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ἤχων τοῖς ἐνθυμουμένοις μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ καὶ ῥῖνας βάρυς, 'ἐξίσ-

vulsum, non profluente ex naribus sanguine, ad phrenitidem devenit. 171 Febres lypiricæ, bilis 'sursum ac deorsum effu- 155
sione non accedente, non solvuntur. 172 Morbus regius ante septimum diem accedens, malum. 173 Septimo vero ac nono, & undecimo ac decimoquarto, judicatorius est, si non præcordia induret. Sin minus, ambigua res est. 174 Frequentes per eadem recidivæ, circa judicationem sanguinolentæ, nigrorum vomitum faciunt, fiunt autem & tremulæ. 175 Dolores qui in tertianis 'febribus exa- 160
cerbantur, tertianarum generis morbum faciunt, & grumosum sanguinem egerunt. 176 In febribus secundum venam quæ est in collo, pulsus ac dolor, in dysenteriam definit. 177 Color qui sæpe in calore transmutatur, utilis est. 178 In biliosis spiritus magnus, & febris acuta, cum præcordii intensione, juxta aurem abscessum facit. 179 Qui ex morbis longis se refocillantes bene cibum accipiunt, '& nihil 165
proficiunt, hi maligne recidivam incidunt. 180 Quibus in febribus venæ in temporibus pulsant, & facies sana est, & præcordium non molle, diuturnum morbum significat, 181 & non definentem citra multi sanguinis ex naribus fluxum, aut singultum, aut convulsionem, aut coxendicum dolorem. 182 In febre ardente, si alvus eruperit, mortale est. 183 Ex alvi dolore laborioso, febris ardens, pernicioſa. 184 In 'febri- 170
bus ardentibus, si aurium sonitus accedant, cum visus hebetudine, & gravitate secundum nares, melancholico modo ab

25 ' ἐξίσαντες μελαγχολικῶς μὴ αἱμορραγήσαντες. 185 " Τὰς σὺν κωνσώδεσι τρόμους ὕδρακρις λύει. 186 " Ἐν καύσῳ ῥύσις αἵματος τε καὶ χολῆς τετραίῳ, κακόν· ἢν μὴ πάλιν ἀγαθὸν ξυμπέσῃ· πεμπταίῳ ἧσσον κινδυνώδες. 187 " Οἱ ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ὑποψυχροὶ, ἀφρώδεσι μελαγχολικοὶ [τε καὶ] συχνοῖσιν, ὀφθαλμοὶ [ἰκμώδεις,] κακόν· ἄλλως τε, κἢν κρατήσωσι γένωνται. 188 " Καῦσος, ῥίγει ἐπιγενόμενον, λύει. 189 " Καῦσοι ὑποτροπιάζειν εἰώθασι, καὶ ἡμέρας τέσσαρας ἐπισημήναντες, ' ἕπτα ἐφιδρῶσι· εἰ δὲ μὴ, τῇ ἑβδόμῃ καὶ ἐνδεκάτῃ. 190 " Τὰς καυσώδεας ἀφικνέονται αἱ τεσσαρεσκαιδέκα ἡμέραι, κρίζουσαι ἢ ἀναιρέουσαι. 191 " Ἐκ καύσου, μὴ ἐξομόρξαντι πυώδης παρ' ὦτα ἀποσημήνῃ, ἢ πόνου σώζονται. 192 " Οἱ λήθαργικοὶ, τρομώδεες ἀπὸ χειρῶν, ὑπνώδεες, δύσχρωτες, οἰδηματώδεες, σφυγμοῖσι νωθροῖσι, καὶ μεθόρσια τὰ ὑποχόνδρια, καὶ ἰδρῶντες ἐπιγίνονται, καὶ κοιλίαι χολώδεες καὶ ἀκρολίες. 193 ὦν ἢν κεφαλῆς ἴσχωσιν, ' ἔσχατα καὶ ἀφικνέονται λαθραίως. 194 τὸ [οὖρον] οὐρον ὑποζυγίου. 195 πεῖναι τε οὐκ αἰτέονται, οὐδὲ ἄλλο οὐδέν. 196 ἔμφρονες ἢν ἐξομόρξωσι, τράχηλον ἐπώδυνον φασὶν ἔχειν, καὶ ἀφ' ὧν ἐώντων ἤκουσε διαφθείρειν. 197 " Ὁκόσοι ἢν σώζονται τῶν λήθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ἐπιτὸ πολὺ γίνονται. 198 " Ὁκόσοισιν ἂν πυρετοῖσιν ἀκρίτως τὰ τρομώδεα παύεται, τελέοισι χρόνοις ἐς ἄρθρα ἀπόστασις ὀδυνώδης ἐκπυῆσαι, καὶ κύστις ἐπώδυνος. 199 " Τῶν πυρετοὺς

atra bile mente moventur, sanguine ipsis non erumpente. 185 Tremores in febribus ardentibus, mentis perculsio solvit. 186 In febre ardente fluxio sanguinis ex naribus quarta die, mala est, si non aliud quid boni coinciderit: verum quinta, minus periculosa est. 187 Qui ' ex fe- 175
bribus ardentibus aliquantulum perfrigerantibus, cum egestionibus alvi aquosis ac biliosis laborant, oculis malum est, tum alias, tum si stupidi fiant. 188 Febris ardens rigore superaccedente solvitur. 189 Febres ardentes recidivare solent, & ubi per dies quatuor significationem dese præbuerunt, postea exudant: sin minus, septima die. 190 Febres ardentes quatuordecim dies dijudicant, aut allevantes, ' aut 180
perimentes. 191 Ex febre ardente, absessu purulento circa aurem non oborto, non valde servantur. 192 Lethargici, tremuli ex manibus, somnolenti, discolores, tumidi, pulsibus tardi sunt, & partes sub oculis elevatas habent, & sudores insuper accedunt, & alvos biliosas, intemperatas & subtumidas habent. 193 Si vero obaridas habuerint, urinæ & egestiones alvi latenter ipsis progrediuntur: 194 urina ' velut jumentorum est: 195 po- 185
tum non expetunt, neque aliud quicquam. 196 Postquam vero resipuerint, collum dolorosum se habere dicunt, & sonitus per aures transire. 197 Qui vero ex lethargicis servantur, plerunque pectore suppurati fiunt. 198 Quibuscunque in febribus tremores citra judicationem cessant, his temporis progressu, absessus dolorosus suppuratus in articulos fit, & vesica dolorosa. 199 Febrien- 142
tibus

ρεοσόνλων οἷσι μὴ ἐρυθήματα ἐπὶ
40 τῶ προσώπων, ' καὶ πόνος κεφαλῆς ἰ-
σχυρὸς, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις τὰ πολλὰ γίνε). 200 οἷσι δ'
ἔδεσι, καὶ καρδιωγμοὶ, καὶ βδελυσι-
γμοὶ, ἔμετος. 201 οἷσι δ' ἐρεύγμοι, φῦ-
σαι, ψόφοι κοιλίης, καὶ ἐπάρσιες, ἐκ-
τάρραξις κοιλίης. 202 " Τοῖσι μὲν ὀρθο-
νίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνε-
χεῖ, χωρὶς πόνε ἢ φλεγμονῆς ἢ
ἄλλης προφάσιος, ἀποστάσιες προσ-
δέχεσθαι μὴ πόνε καὶ ὀδύνης, καὶ
μᾶλλον ἐς τὰ κάτω μέρεα. 203
προσδέχεσθαι δὲ δεῖ τὰς ἀποστάσιας
45 τοῖσι ὑποτριήκοντα ἔτεα ' μᾶλλον.
204 ὑποσκέπτεσθαι δὲ τελέοισι τὰς
ἀποστάσιας, ἢν τὰς εἴκοσιν ἡμέρας
πυρετὸς ὑπερβάλλη. 205 τοῖσι δὲ
III. Dolores ex lumbis ' diuturniores, qui febre tertianæ generis modo exacerbantur, grumosum sanguinem egerere faciunt. [2] Dolores in lumbis, sanguinis fluxionem inducunt. [3] Ex lumborum dolore sanguinis fluxiones largæ fiunt. [4] Quibus ex lumborum dolore, recursus ad caput, & manus torpidæ, & oris ventriculi dolores, & aurium sonitus, his sanguis large profluet. [5] Sed & alvi his deorsum erumpunt, ' & mens turbata est utplurimum. [6] Ex dorsi dolore ægritudinis principia difficilia sunt. [7] In lumborum dolore pertinaci, & ampliore alvi subductione, à veratro vomere spumosa multa prodest. [8] Spinæ distortionem ac spirandi difficultatem, sanguinis fluxio solvit. [9] In lumbis dolentibus oris ventriculi dolores insuper accedentes, signa sanguinis fluxionis sunt, etiam prægressæ. [10] ' Affectiones ex lumbis ad collum & caput

ωδες λύονται περιωτηνικὸν τρόπον, σπασμώδεα, ωδακρυσικά. [11] ἢ ρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσιν; [12] ἦ καὶ τῶν τοιούτων ποικίλως διαφθείρεται περὶ τὰ αὐτῶν ἰόντες. [13] " Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνος, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν. [14] " Πόνος ἐς στῆθος ἰδρωθεὶς νωθρότητι, κακόν. [15] ἐπὶ πυρετῷ ἔτοι ' ὀξέως ἀπόλλυνται. [16] " Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρεώδεες, φερικώδεες, ἀνεμέοντες λεπτὰ ὑδατώδεα, παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα, τελεύτωσι. [17] " Τὰ περὶ ὀσφῦν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, καὶ ὡς ὑπερώδεα πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ, τοῦτοι ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σιτόνου ἐλθόν, κλόνος ὀξέως τρόπον σπασμώδεα. [18] " Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα, ἔτοι κακοί. [19] ἦ ρα τοῦτοισι τρομώδεα γίνεται, καὶ φωίδες ἐν ῥιγεῖ; [20] ' Ἦ ρα τοῖς ὀσφυαλγέουσιν, ἀσώδεσιν, ἀνεμέτοισιν, ὀλίγα φρασέως παρακρέσσαιν ἐλπὶς τὰ μέλαινα ἐλθεῖν; [21] " Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικῶ, μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες. [22] " Ὑπάφωνον ἅμα κελεύσει ῥῖγος. [23] " Ὀσφύος ἄλγημα αὐδὴ παφάσιος σκυκὰ ἐπιφοιτέον, κακοήθεος ἀφρωσίης σημεῖον. [24] " Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεος, πονηρόν. [25] " Ὀσφύος σιώπασις ἐκ γυναικείων τολήσεος, ἐκπυητικόν. [27] καὶ τὰ ποικίλως ἰόντα, γλίχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι παφρημμένοισιν, ἐκπυητικόν. [27] οἶμαι δὲ καὶ παρακρέσσειν τὰ τοιαῦτα.

caput transeuntes, levis sidérationis modo resolventes, convulsoriæ, mentis emotoriæ sunt. [11] Num tales etiam solvuntur convulsionibus? [12] Aut talium alvi ægrotant per eadem prodeuntia? [13] Ex lumborum doloris recursu, oculorum distortio, malum. [14] Dolor in pectus firmatus torpore, malus [15] in febre est. Hi repente pereunt. [16] Ex lumborum dolore recursiones ad ' os ventriculi febriculosæ, horrorem inducentes: sic affecti revomentes tenuia aquosa, menti moti, voce destituti, nigrorum vomitu facto moriuntur. [17] Diuturni circa lumbos, & tenue intestinum dolores, & ad præcordia dolores, si ægri cibos averseantur una cum febre, his dolor intentus ad caput progressus, repente ipsos occidit convulsorio modo. [18] Quibus lumborum dolor est, hi male ' habent. [19] Num his tremores fiunt, & circuli rubicundi in tibiis in rigore? [20] Num lumbos dolentibus, cibos fastidientibus, non vomentibus, modice ferociter mente moris, spes est nigra proditura esse? [21] Lumborum dolor in ventriculi os dolente, cum exscreatione violenta, habet quid convulsorium. [22] Rigor una cum judicatione aliquatenus horrendus est. [23] Lumborum dolor sine causa manifesta ' sæpe impetens, malignæ morbi signum est. [24] Lumborum dolor cum sopore anxioso, malus est. [25] Lumborum distentio ex muliebrium mensium multitudine, ad suppurationem tendit: [26] & varie prodeuntes viscosi, graveolentes, strangulatorii menses ex prædictis, ad suppurationem tendunt. [27] Arbitror autem tales etiam aliquantum delirare.

[28] " Οἷσιν ὀσφύϊ ἄλγημα καὶ 225
πλευρῇ αὐτῇ φαίνεται, ἰκτε-
ριώδεες γίνονται. [29] " Αἱ ἐν κεφ- 226
αίμοισιν ἐκ τῆ αἵματος ψυ-
ξίες νεαναι καὶ κάκιστα. [30] " Τὸ 227
ἀναπαλιν αἷμα βῆσσον, πονηρόν·
[31] οἷον ἐπὶ σπλανὶ μεγάλω ἐκ τῆ
δεξιῶν. [32] καὶ καθ' ὑποχόνδριον ὡ-
σαύτως. [33] " Τὰ αἵματος ἐνῦσα 228
ἐπιῤῥιγώδεα τραύματα, κακοήθεα.
[34] [ἔστι] ἁλισφάλμυοι λαθραίως
τελευτῶσι. [35] " Τὰ περιπλαγέα 229
[30] ' αἵματος ἐνῦσα λύεται, ἕκτη ἐ-
πιῤῥιγώσαντα, ἑβδόμη ψυχθέντα ὀξέως, τέτοισι καιλίαι
πονηρεύονται. [36] " Μετ' αἵματα- 230
γέα μελάνων ἀφαιρέσιος, κα-
κόν. [37] πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα
ἰάδεα. [38] πεμπταίοισιν αἱ τοιαῦ-
ται αἱμορραγίαι. [39] κωματώδεες
ἐκ τοιούτων ἀναθέντες θνήσκουσι,
μελάνων προσελθόντων, καὶ καιλίης ἐπαρθείσης. [40] " Μετ' αἵ- 231
ματα καὶ μελάνων ἀφαιρέσιος ἐν ὀξεῖ κώφωσις, κακόν.
[41] αἵματι ἀφαίρεσις τέτοι-
[35] σιν ὀλίθριον. [42] κώφωσις ' δὲ
λύει. [43] " Οἷσιν αἱμορραγίαι 232
πολέες, βελτίονι χρόνῳ καιλίαι πονηρεύονται, ἓως μὴ ἕ-
τερον πέπον ἔλθῃ. [44] ἢ ῥᾳ γε τὸ
ὑδατῶδες ἕτερον τοιοῦτόν τι σημαίνει; [45] " Οἷσιν ἐπὶ αἵματος 233
λάβρῳ πυκνῇ μελάνων συχνὴ ἀφαίρεσις, [πονηρόν.] [46] ἐπι-
σχεσις δὲ καιλίης αἱματώδεος ἔστι
[καὶ] ὀδυνώδεες. [47] ἅμα δὲ πισι
φύσηξιν, εὔφοροι. [48] ἢ ῥᾳ οἱ
τοιοῦτοι ἐφιδρῶσι πολλοῖσι ψυ-
χροῖσι; [49] τὸ ἀναπεπαρασμένον
ἕτερον ἐν τέτοισιν ἢ πονηρὸν, [50]
ἢ δὲ τὸ ἐφεστάμενον γονοειδές. [51]
ἐπιπολὺ δὲ ἔστι ὑδατώδεα
ἑρεύ-

[28] Quibus lumborum dolor, & lateris, sine causa manifesta, hi regium morbum incurrunt. [29] Perfrigerationes ex sanguinis eruptionibus in diebus judicatoriis vehementes, pessimæ sunt. [30] Vice versa sanguinem erumpere, malum est: velut in splene magno ex dextris: [31] & circa præcordia eodem modo se res habet. [32] Vulnera sanguinem fundentia, insuper rigentia, maligna. [33] Sic affecti loquentes latenter moriuntur. [34] Affectiones quæ quinta die sanguinem large ' fundunt, sexta insuper riguerunt, septima perfrigeratæ fuerint, & repente recalefactæ, in his alvi male afficiuntur. [35] Post sanguinis eruptionem, nigrorum per alvum egestio, mala. [36] Mala autem sunt & rubicunda valde & æruginosa. [37] Quarta die tales fiunt sanguinis eruptiones. [38] Soporosi ex talibus convulsi moriuntur, nigris prægressis, & ventre tumefacto. [39] Post sanguinis eruptiones, & nigrorum ' egestiones, in acuto surditas, malum. [40] Sanguinis egestio his perniciosa. [41] Surditas autem solvit. [42] Quibus sanguinis eruptiones plures, his temporis progressu alvi male afficiuntur, si non urina concocta prodierit. [43] Num & aquosa urina tale quid significat? [44] Quibus ex sanguinis eruptione larga frequenti, multa fit alvi cum nigris egestio, [45] ea autem suppressa, sanguinis fluxiones: hi alvum ' dolent: [46] una vero cum quibusdam flatibus, facile tolerant. [47] Num tales multis frigidis sudoribus exudant? [48] Conturbata in his urina, mala non est: [49] neque id quod genituræ simile in ipsa residet, [50] verum plerunque hi aquosa

140 ' ἐρέσσιν. 51 " Οἷσιν σὺν ῥινῶν 234 aquosa mingunt. 51 Quibus de naribus in surditate ac torpore pauca destillant, habent quid difficultatis. 52 Vomitus his conducit, & alvi perturbatio. 53 Magnæ in principiis sanguinis eruptiones, ' circa refectionem alvos humectant. 54 Fluxiones ex naribus largæ per vim suppressæ, quandoque convulsionem provocant. 55 Venæ sectio solvit. 56 Undecima die contingentes sanguinis stillationes, difficiles sunt, tum alias, tum si bis superstillaverint, & rursus stillaverint. 57 In sanguinis fluxione multa, aut singultus, aut convulsio, mala est. 58 In his qui decolores usque ad septem annos vires recolligunt, ' & spiritus in viis acervatus, & terræ concupiscentia, sanguinis corruptionem ac exolutionem significat. 59 In morbis longis parvæ comparentes sanguinis fluxiones, pernicioſæ sunt. 60 Vertigines ab initio sanguinis narium fluxio solvit. 61 Ex naribus erumpente sanguine, cum exiguis sudoribus perfrigescentia, maligna sunt. 62 Sanguinis detractio in perfrigeratione torpida, ' mala est. 63 Qui alvo suppressa sanguinem effundunt, & una cum sanguinis effusione insuper rigent, 64 his alvum velut ex intestinorum lævore lubricam hæc faciunt, itemque duram, & ascaridas, aut ambo. 65 Sanguinis fluxiones statis temporibus contingentes, siticulosæ, si sanguinem non effuderint, comitialis morbi mortem inducunt. 66 Ex hæmorrhoide parum apparente, vertigines obortæ, ' parvam ac modicam siderationem significant: 67 solvit venæ sectio. 68 & quicquid hoc modo apparuerit,

145 ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρότητι μικρὰ ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκολον. 52 ἐμέτῳ τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης παρωχή. 53 " Αἱ σὺν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱ 235 μορραγίαι περὶ ἀναπνοιδίων κοιλίας καθυγραίνουσι. 54 " Τὰ σὺν 236 ῥινῶν λάβρα βίη ἀποληφθέντα, ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται· 55 φλεβοτομίη [δὲ] λύει. 56 " Αἱ ἑνδεκαταῖαι στάξιες, δύσ- 237 κολοι· ἄλλως τε κἢν τις ἐπιστάξῃ. 57 " Ἐπὶ αἵματι ῥύσει 238 πολλῇ ἢ λυσμὸς ἢ σπασμός, κακόν. 58 " Τοῖσι νέοις ἐτῶν 239 150 ἑπτὰ δόμεων ' ἀδυναμίη μετὰ ἀχροίης, καὶ πνεῦμα ἀλιζόμενον σὺν τῇσιν ὁδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμίη, αἵματι φθορὴν καὶ ἕλκυσιν σημαίνει. 59 " Ἐν τοῖσι 240 μακροῖσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμορροώδεα, ὀλέθρια. 60 " Τὰ σκολώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱ 241 μορροίη [σὺν] ῥινὸς λύει. 61 " Τὰ σὺν ῥιγῶν σμικροῖσιν ἱδρῶ- 242 σι περιψυχόμενα, κακοήθεα. 62 " Αἵματος ἀφαίρεσις σὺν κατα- 243 ψύξει νενωθρωμένη, κακόν. 63 " Ὅσοι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμορ- 244 ῥοέουσι, καὶ ἐπιῤῥιγέουσιν, κακόν. 64 ἦ μὰν γε τὸ αἱμορροεῖν τὸ 155 434 τοῖσι κοιλίῃ λαβρολεληθότα ' ποιεῖ, καὶ ἐπίσκληρον, καὶ ἀσκαρίδωσιν, ἢ ἀμφότερα; 65 " Τὰ τε- 245 ταρταίοισι χρόνοισιν αἱμορροώδεα, διψώδεα, μὴ αἱμορραγήσαντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει. 66 " Ἐξ αἱμορροΐδος, ὅσον μικρὸν 246 καὶ ἐπ' ὀλίγον ἐπιφανείσης, σκοτώδεα ἐλθόντα, ῥιγεδανικὸν [τι] σημαίνει. 67 λύει φλεβοτομίη. 68 καὶ πᾶν τὸ ὅτως ἐπιφαινόμενον, 160

νον κακόν τι σημαίνει. 69 " Οἱ παλ- 347
μώδεες δ' ὅλως, ἦ ρα καὶ ἄφωνοι
τελευτῶσι; 70 " Τὰ τρομώδεα, 348
σπασμώδεα γλυόμενα, ἐφιδρῶσι,
φιλυπόροφα. 71 τέτοισι κρίσις
ἐπιρριγώσασιν. 72 ἐπιρριγῶσι δ' ὅ-
τοι ἐπὶ κοιλίῃ καύματι προκλη-
θέντες. 73 ὕπνος δὲ πολὺς ἐν τέτοισι
σπασμώδης, καὶ πὶ ἐς μέτωπον
βάρεα, δύσρησις δυσκολαίνουσα. 74
" Οἱ δὲ ὑστερικῶσιν ἄπυροι σπα- 349
σμοὶ, δύχρηες. 75 " Τὰ σπασμώδη 350
ἀνιδρῶντι πλύελα πλαδαρέοντα,
πυρετώδη ἐόντι, δύηθεα. 76 τέτοισι
ἐπικαὶ κοιλίαι καθυγραίνων), τύχα
δὲ πὶ ἐς ἄρθρα ἀποσήπει). 77 ' Οἱ- 351
σιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ σκο-
λαμπάνουσιν ἀτενέες, ὅτε παρ'
ἐνυπνίοισιν εἰσι, βλωσοσέσί τε μα-
κρολέρως. 78 " Τὰ σπασμώδεα τρό- 352
πον παροξυνόμενα καθέχως, τὰ
παρ' ὖς ἐπάγει 79 " Τρομώδεσιν, 353
ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' ὖς ἐπάρ-
ματα σπασμὸν σημαίνει, κοιλίης
πονηρευομένης. 80 " Τὰ σπασμώ- 354
δεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγιό-
μενος λύει. 81 " Σπασμὸς ἐπὶ τρώ- 355
ματι, θανάσιμον. 82 " Σπασμὸς ἐ- 356
πὶ πυρετῷ γιόμενος, ὀλέθριον· ἧ-
κιστα δὲ παιδίοισιν. 83 " Οἱ πρεσβύ- 357
τεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ ἔχ ἀ-
λίσκονται τοῦτο σπασμῷ· εἰ δὲ μὴ,
ὀλέθριον. 84 " Σπασμῷ λυσικῶν 358
πυρετὸς ἐπιγιόμενος ὀξὺς, μὴ
πρότερον γεγονώς· εἰ δὲ ἔη πρότερον
γεγονὼς, παροξυνεῖ. 85 ὠφελέει δὲ
καὶ ἔρση ὀλίγη ὑαλοειδὴς πολλὴ, καὶ
ῥῦσις κοιλίης, καὶ ὕπνοι. 86 τὸν δὲ ἐξα-
πίνης σπασμῶν λυσικῶν, πυρετὸς,
[καὶ] κοιλίης ῥῦσις. 87 " Ἐν τοῖσι 359
σπασμοῖσιν ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ,
κακόν. 88 τὸ δὲ ἐπὶ μικρὸν, ἤτοι
γλώσσης ἀποπληξίην, ἢ βραχίο-

rit, mali aliquid significat. 69
Palpitantes per totum, num
etiam voce intercepta moriun-
tur? 70 Tremores convulsorii
oborientes in sudoribus, reverti
solent. 71 Judicatio his fit, ubi
superrigruerint. 72 Superrigent
autem hi ardore circa ventrem
provocati. 73 Somnus multus in
his convulsorius, & ad frontem
gravitates, ' & mictio difficilis. 165
74 Convulsiones antea non co-
gnitæ in strangulatis ab utero,
faciles sunt. 75 Convulsoria sine
sudore sputa defluentia in fe-
briente, levia sunt. 76 His insu-
per alvi aliquantum humectan-
tur: fortassis autem & ad arti-
culos aliquid abscedet. 77 Qui-
bus convulsis oculi intente relu-
cent, neque apud seipsos sunt,
& diutius ægrotant. 78 Quæ
convulsorio modo exacerbantur,
cum stuporis detentione, ' absi- 170
cessus juxta aurem excitant. 79
Tremulis, anxiosis, parvi juxta
aurem tumores convulsionem
significant, alvo male affecta. 80
Convulsiones & tetanicas disten-
tiones febris accedens solvit. 81
Convulsio ex vulnere lethalis
est. 82 Convulsio in febre con-
tingens, pernicioſa est: minime
vero pueris. 83 Seniores septem
annis in febre non corripiuntur
convulsione: sin minus, ' per- 175
niciosum est. 84 Convulsionem
solvit febris superveniens acuta,
quæ prius non fuit: si vero fuit
prius, jam exacerbata. 85 Pro-
dest & urinæ transitus vitri spe-
ciem referens, copiosus, & al-
vi fluxus, & somni. 86 At repen-
tinas convulsiones solvit febris,
alvi fluxus. 87 In convulsionibus
vocis interceptio diu durans,
mala est: 88 parva autem, aut
linguæ siderationem, aut brachii,

aut

ν & καὶ τῶν ἐπὶ δεξιὰ σημαίνει.
89 ' λύεται δὲ ἔρσισιν ἐξαπίνης ἐληθέσι πολλοῖσιν, ἀθρόοισιν. 90 " Ἱδρῶτες δὲ, οἱ μὲν καθ' μικρὸν, ἀφελέσθαι· 91 οἱ δὲ ἀθρόοι, 92 καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι, βλάπτουσιν. 93 " Ἐν τοῖσι τεταίνοισι καὶ ὀπισθοτόνοισι ῥήγυες λυόμενα, θανάσιμον. 94 θανάσιμον δὲ καὶ ἱδρῶσαι ἐν ὀπισθοτόνῳ, καὶ τὸ σῶμα διαλυθῆναι, καὶ ἀνεμεῖν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυαρεῖν. ἐς γὰρ τὸν ὑστεραίον θάνατον σημαίνει. 95 " Πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα γενόμενα ' ἐρήσιες λύουσι. 96 " Τὰ κυναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῷ τραχήλῳ μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν σῆμα ποιέοντα, πνιγμὸν δὲ νεανικὸν καὶ δύσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημερὸν καὶ τριταίους κτείνει. 97 " Τὰ δὲ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ἔρυθος ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνοντα, τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, χρονιώτερα δέ. 98 " Ὅσοισι δὲ ξυνεξερυθρίη ἥ τε φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν, καὶ τὸ στῆθος, χρονιώτερα· 99 καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν σώζονται, ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα [ἔσω.] 100 ἢν δὲ ἀφανίζηται, μήτε ' φύμασι συναφέσι ἔξω, μήτε πύῳ ἀναχρεμπτομένῳ πρηέως καὶ ἀπόνως, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὀλέθρια γίνεται. 101 ἦ ῥᾳ γε ἔμπυοι γίνονται; 102 ἀσφαλέστατον δὲ τὸ ἐρυθρὸν καὶ ἀπόστασιν, ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεται. 103 " Ἐρυσίπελας δ' ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεται, χρήσιμον· ἔσω δὲ τρέπεσθαι, θανάσιμον. 104 τρέπεται δὲ, ὅταν, ἀφανιζομένου τὸ ἐρυθήματος,

aut dextrarum partium significat. 89 ' Solvitur autem urinis 180
multis acervatis derepente prodeuntibus. 90 Sudores autem
paulatim oborientes profunt: 91
acervati vero, 92 itemque sanguinis detractiones acervatæ lædunt. 93 In distentionibus & 181
ante & retro contingentibus, &
in tergum solum contingentibus,
si maxillæ solvantur, lethale est.
94 Lethale est etiam sudare in
distentione in dorsum contingente, & corpus dissolvi, & in 185
eadem affectione revomere ' per
nares, aut clamare, aut nugari,
si ab initio vox intercepta fuit.
In posteram enim diem mortem
significat. 95 Febriles in dorsum
distentiones, urinæ genituræ
similes solvunt. 96 Anginæ quæ
neque in collo, neque in faucibus, quicquam conspicuum faciunt, verum suffocationem vehementem ac spirandi difficultatem inducunt, eadem die &
tertia occidunt. 97 Quæ vero
tumores & ruborem in collo
accipiunt, in cæteris quidem 190
consimiles sunt, verum diuturniores. 98 Quibuscunque vero
& fauces, & cervix, & pectus,
simul rubuerint, diuturniores
sunt: 99 & ex ipsis maxime servantur, si non recurrerint rubores. 100 Si vero dissipentur, 195
neque tuberculo foras converso
ac collecto, neque pure leniter
ac sine dolore exscreato, neque
in diebus judicatoriis, perniciosæ
sunt. 101 Num etiam suppurati
fiunt? 102 ' Securissimum autem
est ruborem & abscessus quam
maxime foras verti. 103 Erysipelas vero foris quidem accedere, commodum est, intro autem
converti, lethale: 104 Convertitur autem intro, quum dispa-
rente

μαθος, βαρυώδης) τὸ σῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γίνεται). [105] " Οἵσι δὲ 367
κυναγχὴς ἐς τὸ πλεύμονα τρέπεται), οἱ
μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται). [106] οἱ δὲ διαφυγόντες, ἔμπυοι
γίνονται), μὴ γνωμένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος. [107] " Οἵσι 368
μὲν σφοδρότητι καὶ πυκνότητι κόψιον
ἐξαπίνης διαχωρέει, θανάσιμον. [108]
" Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπὸ 369
ξηρὰ πλύσματα ἰχνῶν, κακόν. [109]
" Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσῃσι οἰ- 370
δήματα, ἀσήμως ἀφανιζόμενα,
ὀλέθρια. [110] καὶ τὰ ἀλγήματα ἀ-
φανιζόμενα χωρὶς φλεγμασίης,
ὀλέθρια. [111] " Ἐν τοῖσι κυναγχι- 371
κοῖσιν οἱ μὴ πεπτὰ ἀναπλύνοντες πέ-
πονα, ὀλέθριοι. [112] " Ἐν κυνάγχῃ 372
ἀσήμως ἐς κεφαλὴν ἀλγήματα
μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια. [113] " Ἐν κυ- 373
νάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα
μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια. [114] " Ἐκ κυ- 374
ναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλ-
γημα, μετὰ ἀκρασίης καὶ ναυτρότητος
ὀχλούμενον, κλεπτὴ λαθραίως, εἰ καὶ
πάνυ δοκοῖεν ἐπιτηδέως ἔχειν. [115]
" Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχνα- 375
θέντων ἐς τὸ σῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοι-
λίην ἐλθὸν σιώτονον, ποιεῖ πυῶδες
ἀφιχωρέειν, ἄλλως δὲ λυόμενον τὸ
τοιοῦτον, [116] " Ἐκ κυναγχικῶν 376
πάντα ὀλέθρια, ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐ-
ποίησεν ἄλγημα. [117] ἀτὰρ καὶ ἐς
σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φοιτᾷ,
καὶ σαπυοῖ δυσκόλως. [118] " Τὰ δὲ 377
κυναγχικὰ πλύματα γλίχρα, παχέα,
ἔκλυτα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν.
[119] καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς, κακόν. [120] κάθαρσις πολλὴ
κάτω τοὺς τοιούτους τρόπους πληκτικῶς ἀπόλλυσιν. [121] " Ἐκ κυνάγχης 378
ὑποξηρὰ πυκνὰ πλεύματα, βηχώδεα, πλευρῶν ὀδυνώδεα, ὀλέθρια.
[122] καὶ

rente rubore pectus gravatur, & difficilem ſpirationem habet. [105] Quibus vero anginæ ad pulmonem vertuntur, partim in ſeptem diebus pereunt, [106] partim evadentes ſuppurati fiunt, ſi non eductio pituitoſa ſurſum ipſis fiat. [107] ' Quibus per- 200
pulſationis venarum vehementiam, ſtercus derepente per alvum ſecedit, lethale eſt. [108] In anginis ſputa gracilium ſubarida, malum. [109] Anginoſi in linguis tumores, citra ſigna diſparentes, pernicioſi: [110] & dolores diſparentes citra manifeſtam cauſam, pernicioſi ſunt. [111] In anginis, qui non brevi concocta exſpuunt, pernicioſe habent. [112] In angina dolores ad caput, citra notas, cum 'febre, pernicioſi. [113] In angi- 201
na dolores ad crura, citra notas, cum febre, pernicioſi. [114] Ex anginis citra judicationem præcordii dolor, cum impotentia ac torpore oboriens, occidit occulte, etiamſi valde manſuete ſe habere putent. [115] Ex
anginoſis citra notas attenuatis, dolor ad pectus & ad alvum progreſſus concitatus, pus egerere facit: alias autem ejus qui exolvitur tale eſt. [116] In anginis omnia 'pernicioſa ſunt, 210
quæ non manifeſtum dolorem faciunt. [117] Sed & ad crura dolores diuturni procedunt, & difficulter ſuppurantur. [118] Ex angina ſputa viſcoſa, craſſa, valde alba, quæ violenter educuntur, mala ſunt. [119] Et omnis ejuſmodo maturatio, mala. [120] Purgatio multa deorſum, tales levis ſiderationis modo perimit. [121] Ex angina, ſubarida frequentia ſputa, cum tuſſi, lateris dolorem inducentia, pernicioſa: [122] 'item-

122 Ὁ τὰ ἐν τοῖσι πτύοῦσιν ὑποδήσ-
35 αντα, καὶ ἡ ἡμίσεσις βιαίᾳ, πονη-
ρόν. 123 Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν 379
ἀρχῇ παμποίκιλαι αἱ πύσεις, τρι-
ταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι. 124
Φυγόντες δὲ ταύτας, μὴ πολὺ ῥᾷον
ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ ἢ ἐννάτῃ ἢ ἑνδε-
κάτῃ ἄρχον) ἐμπυέσχ. 125 Οἷσι 380
δὲ πλευριτικῶν γίνε) ἐν τῷ νώτῳ
ἔρυθρος, καὶ οἱ ὦμοι θερμαίνον), καὶ
κοιλίη παρέστε) χολώδεα καὶ δυσ-
ώδεα, εἰκοστῇ καὶ μιῇ κινδυνεύουσι·
5 φυγόντες δὲ ταύτας, σώζον). 126
Αἱ ξηραὶ δὲ πλευριδων καὶ ἀ- 381
πύυσι, χαλεπώτα). 127 Φοβεραὶ δὲ
ἐν εἶσιν αὖαι τὰ ἀλγήματα. 128
Αἱ αὖαι ἄνευ πάθων. πλευρίτι- 382
δες χαλεπώτεραι δὲ μὴ ἄνευ πά-
των. 129 Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν 383
ἐν ἀρχῇ γλῶσσα χολώδης γίνε),
ἑβδομαῖοι κρίνον). εἰσὶ δὲ τρίτη ἢ
τετάρτη, ὡς ἐπὶ τὸ σύνολον. 130 Πομ- 384
φόλυγος δὲ ὑποπελίου γινομένης ἐπὶ
τῇ γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἷόν περ ἰδηρίου
βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ
10 ἀπόλυσις γίνε). 131 Ὁ ἡ μὲν κρίσις ἐς
τὸ πεμπτεσαρεσκαιδεκάτην ἀφικνέε),
αἷμα δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πτύσι. 132
Πτύαλον δὲ ἐν τοῖσι πλευρι- 385
κοῖσι τρίτῃσι μὲν ἀχρόωδον πεπτὸν
καὶ πτύεσχ, ἀπόσας ποιέῃ τὰς
ἀπολύσιας· ὕστερον δὲ, βραδυτέρας.
133 Τὰ δὲ ἀλγήματα τὰ ἐν ἀπό- 386
στασι τῇσι πλευρίτισιν ὡς ἐπὶ τὸ πο-
λὺ, κρίσιμα μετ' ἡμέρην μᾶλλον, ἢ
νύκτωρ. 134 τοῖσι πλευριτικοῖσι
χρήσιμον, κοιλίην μαλάσσεσθαι,
πτύαλα χρωματίζεσχ, ψόφους ἐν
τῷ στήθει μὴ γίνεσχ, τὸν ὦμον εὖ ὀδεῖν·
135 τὰ δὲ τούτων ἐναντία, δυσχερέα·
136 καὶ πτύαλον γλυκαζόμενον. 137
Αἱ δὲ χολώδεες ἅμα καὶ αἱματώ- 387
δεες πλευρίτιδες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ
κρί-

122 ' itemque ea quæ inter po- 215
tandum per tussim subemergunt : & deglutitio violenta, mala. 123 Pleuritici quibus in principio sputationes penitus purulentæ sunt, tertia die moriuntur, aut quinta. 124 Si vero has effugerint, non multo melius habentes, septima, aut nona, aut undecima suppurari incipiunt. 125 Quibus supra aurem rubor, & similiter veluti pleuritici calescunt, & alvus biliosis ac graveolentibus 'exturbatur, hi vigesima ac 220
quadragesima die periclitantur. Ubi vero has effugerint, servantur. 126 Pleuritides siccæ ac sine sputo, difficillimæ sunt. 127 Horrendæ quoque hæ in quibus dolores superne sunt. 128 Pleuritides sine convulsionibus, graviores sunt his quæ cum convulsionibus fiunt. 129 Quibus pleuriticis in principio lingua biliosa fit, hi septima die judicantur : quibus autem tertia aut 'quarta die, circa no- 225
nam. 130 Bulla sublivida oriente in lingua, in principio, qualis est ferri tincti in oleum, difficilior solutio contingit : 131 & judicatio quidem ad decimumquartum diem pervenit, sanguinem autem plerunque spuunt. 132 Sputum in pleuriticis tertia die maturari ac exspui incipiens, citiores solutiones facit : verum posterius, tardiores. 133 In doloribus 134 pleuriticorum commodum est alvum 'molliri, sputa colorari, 230
strepitus in pectore non fieri, urinam bene procedere : 135 (His autem contraria, difficilia :) 136 itemque sputum dulce fieri. 137 Biliosæ simul & sanguineæ pleuritides, plerunque nona aut

κρίνον) συναλλαγὴ ἢ ἐνδεκαλλαγὴ, καὶ μάλιστα ὑγιάζον). 138 οἷσι δὲ τὰ πλευριτικὰ ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πόνοι μαλθακοὶ, πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ παροξυνέονται, μᾶλλον πρὸς τὰς δυοκαίδεκα ἀφικνέονται, καὶ ἐπάνω σώζονται. 139 κινδυνεύουσι δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι καὶ δυοδεκαταῖοι. 140 τοὺς δὲ δὶς ἑπτὰ φυγόντες, σώζονται. 141 Ὅσοισι τὰ πλευριτικὰ ψόφος πολὺς ἐν τῷ στήθεϊ, καὶ ὠχρὸν πρόσωπον καὶ ληφὲς, καὶ ὀφθαλμὸς ἰκτερώδης καὶ ἀχλυώδης, ἀπόλλυνται. 142 Οἱ ἐκ πλευριτικῶν ἔμπυοι γινόμενοι, ἐν τῇσι τεσσεράκοντα ἡμέρῃσιν ἀναπύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος. 143 Πτύαλον δὲ χρὴ [ἐπὶ] πᾶσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσιν εὐπετέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι, μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν ἰχυρῶς τῷ πτυάλῳ. 144 τὸ δὲ πολλῷ ὕστερον τῆς ὀδύνης ἀναγόμενον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον, καὶ πολλῷ βῆχα περέχον, πονηρόν. 145 πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν ἄκρητον, καὶ τὸ γλίσχρον, καὶ τὸ τρομῶδες, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρῶδες, καὶ τὸ πελιῶδες, καὶ τὸ ἰῶδες. 146 χεῖρον δέ τι τὸ ὅτῳ ἄκρητον, ὥστε μέλαν φαίνεσθαι. 147 αἱματῶδες δὲ μὲν πολλῷ ξυμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν, ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον, ἑβδομαίῳ δὲ ἢ παλαιοτέρῳ ἧσσον ἀσφαλές. 148 αἱματῶδες δὲ λίαν ἢ πέλιον σὺν ἀρχῇ, κινδυνῶδες. 149 πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἀφρῶδεα, καὶ τὰ ξανθὰ, καὶ μελαινα, καὶ ἰῶδεα, καὶ ἰξώδεα, καὶ ὅσα ταχέως χρωματίζεται. 150 τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιγνυώδεα καὶ χρωματίζεται ταχέως, καὶ ἔστιν ἀσφαλέστερα. 151 τὰ δὲ ἐν τοῖς πέμπτης ἐς πέψιν χρωματιζόμενα, βελτίω. 152 Παῦ

aut undecima die judicantur, & maxime ſanantur. 138 Quibus autem pleuriticis in principio quidem dolores molles ſunt, quinta vero aut ſexta die exacerbantur, hi magis ad duodecimam perveniunt, & non valde ſervantur: 139 periclitantur autem maxime ſeptima die ac duodecima. 140 Ubi vero bis ſeptem dies effugerint, ſervantur. 141 Quibus pleuriticis ſtrepitus ſputi multus in pectore eſt, & facies triſtis, & oculus morbi regii colore infectus, ac caliginoſus, hi pereunt. 142 Qui ex pleuritide ſuppurati fiunt, in quadraginta à ruptione diebus expuunt. 143 Sputum in omnibus pleuriticis ac peripneumonicis facile ac cito expui convenit, & flavum ſputo ammixtum eſſe. 144 Quod vero longe poſt dolorem educitur flavum, aut non mixtum, & multam tuſſim inducens, malum eſt. 145 Pravum autem penitus eſt flavum meracum, & viſcoſum, & album, & rotundum, & cum viror pallidum valde, & ſpumoſum, & lividum, & æruginoſum. 146 Pejus autem aliquanto eſt id quod ita meracum eſt, ut nigrum appareat. 147 At ſanguine non multo permixtum flavum, in principio quidem ſalutare eſt, ſeptima vero die, aut poſterius, minus tutum. 148 Sanguineum vero valde, aut lividum, ſtatim in principio periculoſum eſt. 149 Prava ſunt etiam ſputa ſpumoſa, & flava, & nigra, & æruginoſa ac viſcoſa, & quæcunque cito colorantur. 150 At mucoſa ac fuliginoſa, & cito colorantur, & ſecuriora ſunt. 151 Quæ vero intra quintum diem ad coctionem colorantur, meliora ſunt. 152 Omne

152 " Παῦ ὃ πλύαλον μὴ λύον πλὼ 391
ὀδωύλω, πονηρόν· λύον ὄ, χρήσι-
μον. 153 " Ὅσοι ὃ μὴ ξὺ χολώδεα 392
πυῶδες ἀνάγουσιν, ἢ χωρὶς, ἢ με-
μιγμένον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τεσσαρεσ-
καιδεκαίοι θνήσκουσιν, 154 λὼ
μὴ πακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐπιγένηται τῶν
προγεγραμμένων· εἰ δὲ μή, κὴ λό-
γον. 155 μάλιστα δὲ οἵσιν ἑβδομαίοι-
σιν ἄρχεται τὸ τοιοῦτον πλύαλον. 156
" Ἐστι δὲ ἀγαθὸν μὲν κὴ τούτοισι κὴ 393
πᾶσι τοῖσι περὶ πλεύμονα, φέρειν
ῥηϊδίως τὸ νόσημα, τὸ ὀδωύης ἀ-
πηλλάχθαι, τὸ πλύαλον δὲ πε-
πέως ἀνάγειν, εὔπνοον εἶναι, κὴ ἄ-
διψον, τὸ σῶμα ἅπαν ὁμαλῶς
θερμαίνεσθαι κὴ μαλθακὴν εἶναι. 157
κὴ πρὸς τοῖσιν ὕπνους, ἱδρῶτας, ἔ-
ρον, ἀφεστάναι, χρηστὰ γίνεσθαι.
158 κακὰ δὲ ταναντία τούτων. 159
εἰ μὲν οὖν πάντα προσγένοιτο τῷ πλύ-
σματι τούτῳ τὰ χρήσιμα, σώζοιτ'
ἄν. 160 εἰ δὲ τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ, ὁ πλείους
τῶν τεσσαρεσκαιδεκα βιώσας ἀπό-
λοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος. 161 τῶν δὲ
ἐναντίων σημείων ἐπιγινομένων,
σωθησόμενον. 162 " Ὅσα δὲ τῶν 394
ἀλγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τού-
τοισι μὴ παύσῃ, μήτε πρὸς τὰς
ἀναπλύσιας, μήτε πρὸς τὰς φλε-
βοτομίας τε καὶ διαίτας, ἐμπυήσεται.
163 " Ὅσοισι δὲ σὺν περιπλευμο- 395
νίης ἀποστάσιες πρὸς τὰ ὦτα ἢ ἐς
τὰ κάτω γίνονται, καὶ ἐμπυήσί τε καὶ
ἐκσυρίσ[γῆν], ἔστι περιγίνονται. 164
[γίνονται] δὲ, οἷσιν αὖ ὅ, τε πυρετὸς καὶ
ὁ πόνος πρὸς κρίσιν ἔλθῃ, καὶ τὸ πλύα-
λον [ἐ]χωρέη καὶ λόγον, μήτε χολώ-
δεες αἱ ἀφεστήσιες, εὔλυτοί τε καὶ
ἄκρητοι γίνωνται, μήτε ἔρον παχύ τε
σφόδρα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον,
τά τε ἄλλα σωτηρίας ἔχοιεν. 165 γί-
νονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω, οἷσιν αὖ
περὶ

152 Omne porro ſputum non ſolvens dolorem, malum eſt: ſolvens autem, bonum. 153 Quicunque vero cum bilioſo purulentum educunt, aut ſeorſim, aut permixtum, plerunque decimaquarta die moriuntur, 154 ſi non mali aut boni quippiam ex præſcriptis ſuperveniat: ſin minus, pro ratione, 155 maxime autem his quibus ejuſmodi pus ſeptima die incipit. 156 Bonum vero eſt & in his & in omnibus circa pulmonem morbis, facile ferre morbum, à dolore liberatum eſſe, ſputum facile educere, bene ſpirare, & ſine ſiti eſſe, & totum corpus æqualiter caleſcere, ac molle eſſe. 157 Et ad hæc ſomnos, ſudores, urinas, alvi egeſtiones, bonas eſſe. 158 Mala autem ſunt his contraria. 159 Siquidem igitur omnia bona ad hoc ſputum acceſſerint, ſervari homo poterit. 160 Si vero partim affuerint, partim non, non ultra decimumquartum vita producta peribit. 161 Quod ſi contraria ſigna accedant, citius etiam. 162 Quicunque vero dolores in his locis non ſedantur, neque ad exſpuitiones, neque ad venarum ſectiones, ac victus rationes, ſuppurantur. 163 Quibuſcunque autem ex peripneumonia abſceſſus circa aurem, aut ad infernas partes fiunt, & ſuppurantur ac fiſtulantur, hi ſuperſtites evadunt. 164 Fiunt autem his quibus & febris, & dolor affuerit, & ſputum pro ratione non prodierit, neque bilioſæ alvi egeſtiones, ſolutuque faciles ac meracæ fiunt, neque urina craſſa valde, & multam ſubſidentiam habens: & alia ſalutaria habuerint. 165 Fiunt autem ad infernas quidem partes, his

περὶ

45 Ὅσοι ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνεται· 166 αἱ μὲν ἐς τὰ ἄνω, οἷσιν αὐτῶν τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον ᾖ, δύσπνοοι δὲ πάνυ χρόνον τινὰ γενόμενοι, παύσωνται χωρὶς πταρμοῦ φάσεως. 167 Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστάσεων ἐν τῇσιν ἐπικινδύνοισι πλευρίτισι, λυσιτελέες μὲν πᾶσιν· 168 βέλτιστοι δὲ καὶ πλεῖστοι πυώδεος ἀνὴκ ξανθοῦ γενομένου. 169 μὴ χωρέοντες δὲ πλεῖστοι καὶ λόγου μὴ τοῦ ἔργου χρῄζειν ὑπόστασιν ἔχοντες, κίνδυνος χωλωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, 436 ἢ μὴ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν. 170 Ὧν δὲ παλινδρομέουσιν αἱ ἀποστάσιες, πυρεξὶ παραγενόμεναι, καὶ δὲ πλευρίτες μὴ χωρέοντες, κίνδυνος θανεῖν καὶ παραφρονῆσαι. 171 Ὅσοι δὲ περιπλευμονικῶν μὴ ἀνεκαθάρθησαν τῇσι κρισίμοισιν ἡμέρῃσιν, ἀλλὰ παρακόψαντες διέφυγον τὰς τεσσαρεσκαιδεκάτους, κίνδυνος ἐμπύους γενέσθαι. 172 Τῶν περιπλευ- 397
5 μονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικῶν μεταστᾶσαι, τὰ ἐξ ἀρχῆς γινομένων ἀσφαλέστεραι. 173 Τῶν δὲ σωμάτων τὰ 398 γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπλευμονικῶν ἀπόλλυται τῶν ἀγυμνάστων. 174 Κορύζας καὶ πταρμοὺς τοῖσι περὶ 399 πλεύμονα [νοσήμασι] καὶ παραγενέσθαι καὶ ἐπιγενέσθαι, πονηρόν. 175 τοῖσι δὲ λοιποῖσι πταρμὸς οὐκ ἀλυσιτελής. 176 Τοῖσι περιπλευμονικοῖ- 400
σιν, οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τραχεῖα γίνεται, ἀμφότερα φλέγματα τὰ μέρεα καὶ πλεύμονος· οἷσι
10 δὲ τὸ ἥμισυ ἓν, καθ' ὃ φαίνεται. 177 Καὶ οἷσι μὲν περὶ τὸ μέσον κλινίδα ὁ πόνος γίνεται, ἡ ἄνω πλευρὴ καὶ πλεύμων ἥμισυ νοσέει· 178 οἷσι δὲ περὶ ἄμφω τὰς κλινίδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πλευραὶ καὶ πλεύμονες ἄμφω νοσέουσιν.

his quibus circa præcordia inflammatio fit : 166 ad ſupernas vero, quibus præcordium molle & doloris exors fuerit, & ubi 270 per tempus aliquod difficulter ſpiraverint, ac citra manifeſtam 396 cauſam ceſſaverint. 167 At abſceſſus ad crura in periculoſis inflammationibus pulmonis, omnes quidem commodi ſunt, 168 optimi autem, ſputo purulento pro flavo evadente. 169 Non procedente vero ſputo ſecundum rationem, neque urina bonam ſubſidentiam habente, periculum eſt claudum fore hominem, aut multum moleſtiarum exhibitura res eſt. 170 Si vero recurrerint abſceſſus, febre conſequente, & ſputo non proceden- 275 te, periculum eſt ne moriatur ac deliret. 171 Quicunque vero peripneumonici non purgati ſunt judicatoriis diebus, ſed mente moti quatuordecim dies effugerunt, eos periculum eſt ſuppuratos fieri. 172 Peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ, ſe- 397 curiores ſunt his quæ ab initio fiunt. 173 Corpora exercitata ac denſa citius à pleuriticis ac peripneumonicis morbis pereunt 398 quam inexercitata. 174 Grave- 280 dines & ſternutationes in morbis 399 circa pulmonem, & anteceſſiſſe, & ſuccedere, malum eſt. 175 Reliquis autem ſternutatio non 400 incommoda eſt. 176 Peripneumonicis quibus lingua tota alba ac aſpera fit, ambæ pulmonis partes inflammatæ ſunt : quibus vero dimidium, una, juxta quam apparet. 177 Et quibus ad unam claviculam dolor fit, his ſuperna pulmonis ala una ægrotat. 178 Quibus autem ad 285 ambas claviculas dolor fit, ambæ ſupernæ pulmonis alæ ægrotant.

τέρσιν.[179] οἷσι δ' ἡ μέσην τ' ὠλόυρλω, ἡ μέση.[180] οἷσι δ' ἐς τὰς ἀμφέσασιν, ἡ κάτω. [181] οἷσι δ' ἅπαν τὸ ἓν μέρος πονέῃ, πάντα τὰ κὴ τὸ ἕτερον μέρος νοσέῃ.[182] λὼ μὲν ἓν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορτικαί, ὥστε ἐς τὰς ἀναθήκας ἐς τὸ ὠλόυρον, ἐς ἀναβαλύονται· τὰ κὴ τοῦτο τὸ μέρος δ' σώματος, ἐς πελιώματα ἐξ τ' ὠλόυρλω ἔξω γίνεται·[183] τοῦτοις δ' σκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητὲς.[184] λὼ δ' μὴ σφόδρα φλεγμαίνωσιν, ὥστε μὴ ἐς τὰς ἀναθήκας, ἀλγηδὼν μὲν γίνεται περ' ὅλον, ἃ μὴν ἐς ἀναβαλύονται γε, οὐδὲ πελιώματα ἴσχουσιν.[185] Οἷσι δ' ἅπας ὁ ὠλόυμων φλεγμήνῃ μετ' καρδίης, ὥστε ἐς ἀναπεσεῖν ἐς τ' ὠλόυρλω, ἐς ἀναβαλύεται πᾶς ὁ νοσέων, ἐς κεῖται ψυχρός τε ἐς ἀναίσθητος.[186] Θνήσκει δ' ἐν δευτεραίοις, ἢ τριταίοις.[187] ἢν δ' ἐς χωρὶς τ' καρδίης ξυμβῇ, κὴ ἧσσον, πλείονα χρόνον ζώουσιν· ἔνιοι δ' καὶ ἀσώζονται.[188] Τοῖσιν ἐμπύοισι γινομένοισι, μάλιστα δ' ἐκ πλευριτικῶν ἐς περιπλευμονικῶν,[189] θέρμη παρακολουθέσι, τ' μὲν ἡμέρην λεπτή, τ' δ' νύκτα συντονώτερα,[190] κὴ πλύσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου,[191] ἱδρῶσί τε περὶ τράχηλον κὴ κλεῖδα·[192] κὴ τοῖς μὲν ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, τοῖς δ' γνάθοι ἐρεύθονται.[193] χεῖρες δ', θερμαίνονται μὲν δακτύλοις ἄκροις, καὶ τρηχύνονται χρῶτες δ' ὄνυχες, ἐς καμπτὸν ψύχονται,[194] περί τε τοῖς πόδας ἐπάρχεται ἴσχουσι,[195] κὴ κατὰ τὸ σῶμα φλυκταινίδια,[196] σίτων τε ἀφίστανται.[197] τὰ μὲν ἓν χρονίζοντα τ' ἐμπυημάτων ἴσχει τάδε τὰ σημεῖα.[198] τὰ δ' σωζόμενα ῥηγνύμενα σημαδ' τούτων τοῖσιν ἐπιγινομένοισί τε, κὴ τοῖσιν ἐν ἀρχῇ πόνοισι, ἅμα δ' κὴ, λὼ πνευστικώτερος γίνεται.

[199] ῥήγνυ-

tant. [179] Quibus juxta mediam coſtam, media. [180] Quibus ad diſcriminationem, inferna. [181] At totam unam partem dolentibus, omnia juxta hanc partem dolent. [182] Siquidem igitur aortæ appellatæ, utrinque appendentes pulmonis partes, valde inflammatæ ſunt, ut ad latus aſſideant, hac corporis parte reſolvuntur, & livores foris circa coſtam habent. [183] Hos autem veteres ictos, ſive ſyderatos vocabant. [184] Si vero non valde inflammatæ ſunt, ut non aſſideant: dolor quidem fit per totum, non tamen reſolvuntur, neque livores habent. [185] Quibus vero totus pulmo inflammatus fuerit, una cum corde, ut ad latus allabatur, hi toti reſolvuntur, & jacet æger frigidus, ſenſus exors. [186] Moriturque ſecunda aut tertia die. [187] Si vero etiam ſine corde contigerit, minus diu vivunt. [188] Quidam autem etiam ſervantur. [189] Qui ſuppurati fiunt maxime ex pleuritide ac peripneumonia, [189] eos calores comitantur, interdiu tenues, noctu vehementiores, [190] & nihil memoratu dignum ſpuunt, [191] & circa collum ac claviculam ſudant, [192] & oculi cavi fiunt, maxillæ vero rubent, [193] digiti ſummi deterius caleſcunt ac aſperantur, ungues curvantur, ac perfrigerantur, [194] & circa pedes tumores habent, [195] & circa corpus puſtulas, [196] & abſtinent à cibis. [197] Diuturnæ igitur ſuppurationes, ſigna hæc habent. [198] Quæ vero brevi rumpuntur, ex notis ad eas conſequentibus cogniſcere oportet, & ex doloribus in principio, ſimul autem & ſi aliquanto difficilius ſpiraverit homo.

 [199] Rum-

199 ῥήγνυν]· ἢ ἀπὸ πλείστων τῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν εἰκοστάια, [τὰ δὲ τριακοστάια,] τὰ δὲ τεσσαρακοστάια, ἢ ἧσσον τὰ ἐξήκοντα. 200 οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔ[κει]· σιφνώδης, ἢ δύσπνοια, ἢ βὴξ μετὰ πτυαλισμοῦ, ὡς ἧκιστα εἰκὸς ἢ ἧσσον σημειωδέστερον ὡς ἐπὶ δέχεσθαι τὴν ῥῆξιν. 201 οἷσι δὲ ἐλαφρότερα ταῦτά ἐστι, καὶ λόγῳ. 202 λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον ἀφ' οὗ πρῶτον ἤλ[γησεν, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξεν, ἢ εἴπτωσε ῥίγεος ἔλαβε. 203 πρὸς γίνεσθαι δὲ ἀνάγκη πόνον, καὶ δύσπνοιαν, ἢ πτυαλισμὸν, ὡς τὸ ῥῆξιος. 204 οἷσι μὲν οὖν ὁ, τε πυρετὸς λύσεως ἀπογίνεται καὶ τὴν ῥῆξιν, καὶ πλέων ἐπιγυμέσπι, 205 ἢ τὸ πύον ἀναίρε[ται] ῥηϊδίως, λευκὸν ἐὸν, καὶ ἄνοσμον, καὶ λεῖον, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέ[γαντον], 206 κοιλίη τε σμικρὰ σωζομένη πάνυ χωρέῃ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σῴζον· σωτήριον. 207 οἷσι δὲ πυρετοί τε ἀκολουθέουσι, καὶ δίψα, καὶ ἀποσιτίη, καὶ τὸ πύον πέλιον, ἢ χλωρὸν, ἢ φλε[γμαῖνον], ἢ ἀφρῶδες, κοιλίη τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. 208 οἷσι δὲ μὴ ἐπιγίνε[ται] σὺν τῷ προφρημένων, τὰ μὲν μὴ τούτων οἱ μὲν ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ σῴζονται. 209 "Οἱ δὲ μέλλοντες ἔμπυοι γίνεσθαι, πλύουσι τὸ μὲν πρῶτον ἀλμυρὸν, ἔπειτα γλυκύτερον. 210 "Οἷσι δ' ἂν πολλοῖσι φύματα γίνεται, τὸ πύον ἀνάγουσιν ἐς τεσσαράκοντα ἡμέρας μετὰ τὴν ῥῆξιν. 211 τούτοις δὲ ὑποστάλλοντες, ὡς τὰ πολλὰ φθίσικοι γίνονται. 212 "Ἐπὶ πλοῦρᾶ ἀλγήματι στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, κακόν. 213 "Οἷσιν ἐμπύοισιν, ἐπιπέσσερον ἔχουσιν, δυσωδίαι τε πλυσμάτων προσγίνονται, τούτοις ὑποστροφὴ κλείνει. 214 "Οἱ δὲ πλευριτικοῖσιν ἀναπλύνοντες πυώδεα,

199 Rumpuntur autem plurimæ ſuppurationes, partim vigeſima die, partim quadrageſima, partim ſexageſima. 200 Quibus igitur dolor in principio incumbit intentus, & ſpirandi difficultas, & tuſſis cum ſputatione, ad vigeſimum diem, aut citius, eruptionem expecta. 201 Quibus autem leviora hæc ſunt, juxta rationem. 202 Supputare autem oportet tempus, a quo primum doluit, aut gravatus fuit, aut febriit, aut ſi quando rigor corripuit. 203 Neceſſe eſt autem præcedere & dolorem, & ſpirandi difficultatem, & ſputationem, ante ruptionem. 204 Quibus igitur & febris ſtatim poſt ruptionem decedit, & cibum appetunt, 205 & pus facile educitur album, inodorum, leve, ejuſdem coloris, & à pituita liberum, 206 & alvus parva compacta egerit, plerunque brevi ſervantur. 207 Quos vero & febres ſequuntur, & ſitis, & cibi faſtidium, & pus lividum, aut cum virore pallidum, aut pituitoſum, aut ſpumoſum, & alvus inſuper liquida fit, moriuntur. 208 At quibus aliqua ex prædictis acceſſerint, aliqua non, horum aliqui pereunt, aliqui multo tempore ſervantur. 209 Qui ſuppurati futuri ſunt, primum ſalſuginoſum ſpuunt, deinde dulcius. 210 Quibus in pulmone tubercula fiunt, pus educunt ad dies quadraginta poſt ruptionem. 211 Has vero tranſgredientes plerunque tabidi fiunt. 212 In lateris dolore, ſtillatio ſanguinis de naribus, mala eſt. 213 Quos ſuppuratos mitius habentes, ſputorum graveolentiæ ſequuntur, eos recidiva occidit. 214 Qui ex pleuriticis exſpuunt purulenta,

δεα, ὑπόχολα, φαλῳδεα, ἢ πυώδεα
ὕφαιμα, ὡσαύτως τοῖσι χρόνιοις, ὀλέθριοι. [215] ὀλέθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πλύνοντες, ἢ οἷσιν [οἷον] ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πύσματα. [216] "Οσοι αἷμα ἀφρῶδες πλύουσι, πανόλεθρον ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ δὲ ἥπατος πλύουσι, καὶ οἱ πολλοὶ ἀπόλλυνται. [217] "Οἷσι τεμνομένοισι πύον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυται ὡς τὰ πολλά. [218] "Οἷσιν ἀπὸ δὲ πύος ἡ μήλη χρῶμα ἀπάζει, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυται ὡς τὰ πολλά. [219] "Μετὰ πλευρῆς ἀλγήματος, μὴ πλευριτικῆς ἦν, καὶ παραχρῆμα λεπτῶν ἐπιφορέων, ἔστι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσιν. [220] "Ἐν τοῖσι καὶ πλεύμοσι φλύκταιναι αἱ λίθῳ ἐξερυθροὶ ἀποστάσιες, πονηρόν. [221] "Μετὰ βράγχος πλύσματα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα, κακόν. [222] ἢν δὲ καὶ ἐπάρηται καὶ ἦφος, ἐπὶ τούτοισι κακόν. [223] τὰ ἐς τραχήλου ἀλγήματα, τούτων ἰσχναινομένων, ὀλέθριον. [224] "Βράγχος μὴ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς, πύον ἀνάγει. [225] "Οἷσιν ἐν περιπλευμονίῃ οὖρα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα περὶ τὰ τετράδος λεπτύνεται, ἀναπύημα. [226] "Οἱ ἐν ξηροῖσι περιπλευμονικοῖσιν ὀλίγα πέπονα ἀνάγοντες, φόβεροί. [227] "Τὰ ἐν τοῖσι ἤθεσιν ἐρυθήματα ὑποπαλλόμενα, γίνεται τοῖσι τοιούτοισιν ὀλέθρια. [228] "Πλευρῆς ἄλγημα ἐν πλύσματι χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίστησι. [229] "Οἱ δ' ἐμπύησιν πυρετοὶ ἀφαλεῖς, ἐφιδρήσεις οἱ πολλοί εἰσι. [230] "Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφωσις ἠιόματα, αἱματώδεα ἀφαίρησιν σημαίνει. [231] τούτοισι καὶ τῶν τελευτώντων μέλανα διαχωρέει. [232] "Πλευρῆς ἄλγημα μὴ πυρετῆς χρονίης σημαίνει πύον ἀνάξειν.

ta, subbilioſa, rotunda: aut purulenta ſuberuenta progreſſo tempore, pernicioſe habent. [215] Pernicioſe item qui nigra fuliginoſa ſpuunt, aut quibus velut à vino nigro ſputa fiunt. [216] Quicunque ſanguinem ſpumoſum ſpuunt, dextrum præcordium dolentes, de hepate ſpuunt, & multi pereunt. [217] Quibus dum concutiuntur, pus cœnoſum & graveolens prodit, plerunque pereunt. [218] Quibus à pure ſpecillum coloratur, velut ab igne, plerunque pereunt. [219] Cum lateris dolore, non tamen pleuritico, & turbulentis tenuibus lenibus, hi phrenitici evadunt. [220] In morbis pulmonis valde rubicundæ ſanguinis ſtillæ, malæ ſunt. [221] Cum raucedine, ſputa viſcoſa, ſalſuginoſa, mala. [222] Si vero etiam quid attollatur juxta pectus, in his malum eſt. [223] Dolores ad collum his attenuatis, pernicioſi. [224] Raucedo cum tuſſi, & alvo liquida, pus educit. [225] Quibus in peripneumonia urinæ craſſæ in principio, deinde ante quartum diem attenuantur, lethale eſt. [226] Qui in peripneumoniis ſiccis pauca concocta educunt, horrenda res eſt. [227] Rubores in pectoribus ſublati, talibus pernicioſi ſunt. [228] Lateris dolor in ſputo bilioſo, præter rationem evaneſcens, mentem emovet. [229] Febres intermittentes ob ſuppurationem, pleræque ſudorificæ ſunt. [230] Suppuratis ſurditas oborta, cruentam egeſtionem ſignificat. [231] His ad finem nigra prodeunt. [232] Lateris dolor cum febre diuturna, puris eductionem fore

ἀνάξῃ. 233 " Οἱ φελκώδεες πυ- 422
κνὰ ἐς ἐμπύησιν ἔρχονται. ἀπὸ τῆς
πυρετοῦ τὸ τοιοῦτον ἄγχεσι ἐμπύησιν.
234 " Οἵσιν ἐκ πλευρῆς ἀλγήματα- 423
τος ἀσιτίαι ξυμπαθέουσιν, ὑπὸ
παρδιαλγίῃσι, ἰδρώδεες, ἔρευθες ἢ
ὠχροπρόσωπα ἄνθη, καὶ χολίης ὑγρο-
τέρης, ἐκπυήματα καὶ πλεύμονα
ἴσχουσι. 235 " Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιεῖ 424
ὑδρωπιώδεα σκληρά. 236 " Τὰ 425
σπάσματα μὲν πάντα ἐκλυτὰ γίνεται,
καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ σωτῆρας παρέ-
χει, καὶ ἐξ ὑστέρης ἐνίους ὑπομιμνήσκει.
237 δυσκολώτατα δὲ καὶ ἧσσον γνώριμα.
238 " Μάλιστα δὲ κινδυνώδεσιν, οἷ- 426
σιν ἔμετος αἱματος, πυρετὸς πολὺς,
καὶ πόνος περὶ μαζὸν, καὶ ὠχρότης, καὶ
μετάφρενον. 239 οἷσι γὰρ γίνεται πάντα
ταῦτα, σωτῆρος θνήσκουσιν· οἷσι δὲ
μὴ πάντα, μηδὲ σφοδρὰ, βραδύτερον. 240 φλεγμαίνουσι δὲ τὸ μακρό-
τατον ἡμέρῃσι τεσσαρεσκαιδέκα.
241 " Τοῖσιν αἷμα πλύουσιν ἀπὸ πυρε- 427
τοῖσιν εἶναι ξυμφέρει, καὶ βήσσειν καὶ
πονέειν ἐλαφρῶς, καὶ τὸ πλύελον παχύνεσθαι μὲν τὰς δὶς ἑπτά. 242
πυρέσσειν δὲ, καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν
σιτῶνας, καὶ αἷμα μᾶλλον ἀεὶ
πλύειν, ἀσύμφορον. 243 " Ὅσοισι τὸ 428
πλευρὸν μελέαγρον καὶ θερμότερον,
ὅταν ἐγκεκλιμένοισιν ἐπὶ θάτερον
βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ, τούτοισι τὸ
πύον ἐκ ἓν ἑνὸς μέρεός ἐστιν. 244
Τοῖσιν ἐμπύοισι τὸ πλεύμονα καὶ 429
καὶλίλιον πύον ὑποχωρέειν, ἀνάσι-
μον. 245 " Ὅσοι τιτρωθέντες ἐς τὸν 430
θώρηκα, τὸ μὲν ἔξω ἓν τοῦ μετώπου
ὑγιάθησαν, τὸ δὲ ἔνδον μὴ, κιν-
δυνώδεσιν ἔμπυοι γενέσθαι. 246
ὅστις δὲ αὖ ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ ὀστέη
γένηται, ῥηϊδίως ἀναῤῥήγνυται. 247 " Ἀπόκλισις ἓν ἐκ μὲν 431
τῶν περιπλευμονικῶν ἐμπυημάτων

significat. 233 Horrore affecti frequenter ad suppurationem deveniunt. Sed & febris tales ad suppurationem perducit. 234 Quos ex lateris dolore cibi fastidia sequuntur, oris ventriculi dolore ac sudore aliquantulum vexantur. Facie flores habente, & alvo liquidiore, suppurationes circa pulmonem habent. 235 Erectæ cervicis spirationes facit hydrops siccus. 236 Convulsiones omnes quidem molestæ sunt, & dolores in principio intentos inducunt, & postea quoque aliquos commonefaciunt. 237 Verum difficillime sunt circa thoracem, 238 & maxime periculosæ. Quibus est vomitus sanguinis, febris multa, & dolor circa mammam, thoracem & dorsum: 239 quibus hæc omnia fiunt, brevi moriuntur. Quibus autem non omnia, neque valde, tardius. 240 Inflammati autem sunt diebus quatuordecim ad summum. 241 Sanguinem spuentibus confert, ut sint sine febre, & tussiant, ac doleant leviter, & ut sputum tenue fiat ad dies bis septem. 242 Febrire vero & tussire, ac dolere pertinaciter, & sanguinem recentem semper spuere, incommodum est. 243 Quibus latus sublevatum in tumorem ac calidius est, & inclinatis in alterum, gravitas aliqua impendere videtur, his pus ex una parte est. 244 Suppuratis pulmonem per alvum pus secedere, lethale est. 245 Quicunque vulnerati in thoracem, externa vulneris parte sanati sunt, interna non, periclitantur ne suppurati fiant. 246 Quibus autem debilis inducta est intus cicatrix, facile refringitur. 247 Ex peripneumonicis suppurationibus se-

τῶν οἱ γεραίτεροι μᾶλλον, ἢ ἢν τ̃ λοιπῶν οἱ νεώτεροι. [248] "Τῶν ἐμ- 432
πύων οἷσι σφυγμοῖσιν ἀπὸ τ̃ ὤμων πολὺς γίνε) ψόφος, ἔλασσον ἔχσ-
τι πύον, ἢ οἷσιν ὀλίγος ' ἀύπνοωλέ-
ροισιν ἔᾶσι, ἢ ἀύχροωλέροισιν. [249]
οἷσι ἢ ψόφος μ̃ μηδὲ εἷς ἐγίνετα), 433
ἀύζπνοια ἢ ἰσχυρὴ ἔ ὄνυχες πέλιοι,
πλήρεες ἔ τοί εἰσι πύε, ἔ ὀλέθριοι.
[250] "Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέσ- 433
σι, πόνε μὴ ἐόνλ@ κάτω ἢ ἀφ-
φράγματος, ἀπὸ ἢ πλεύμονος ἐ-
μέσσι. [251] καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη
φλὲψ ἐν αὐτῶ ῥήγνυλαι, πολύ τε
ἐμέσσι καὶ εἰσὶν ἐπικίνδωνοι· οἷσι
ἢ ἧ ἐλάσσων, ἔλασσον τε ἀνάγσσι,
καὶ εἰσὶν ἀσφαλέσεροι. [252] "Τῶν 434
φθισικῶν οἷσιν ἐπι' ἢ πυρὸς ὄζλ τὸ
πλύαλον κνίσσης βαρὺ, καὶ αἱ τρίχες
ἐκ τ̃ κεφαλῆς ῥέσσιν, ἀπόλλω).
[253] "Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θά- 435
λασσαν πλύσσιν ἐς τὸν πυθμένα
βαδίζ τὸ πύον, ὀλέθρον σω@-
μοῦς. [254] ἔσω ἢ ἐν χαλκῶ ἡ θάλασ-
σα. [255] "Ὅσοισι τ̃ φθισικῶν αἱ 436
τρίχες ἐκ τ̃ κεφαλῆς ῥέσσιν, ὑπὸ
ἀμφοίοις ἀπόλλω). [256] καὶ ὅσοισι
φθισικοῖσιν ἐπιγίνο) ἀμφοίαι,
θνήσκεσσιν. [257] "Αἱ ἐν φθινώδεσιν 437
ἐπιχέσιες πλυάλων ἐξισᾶσι ληρω-
δῶς. [258] αἱμοῤῥοΐδα τόδε σι ἐλπὶς
ἐπιφανῆναι. [259] "Φθίσιες ἐπικιν- 438
δυνότα), οὔτε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν
τ̃ παχέων, καὶ ἀπὸ καλάῤῥυ ἢ ἀπὸ
κεφαλῆς. [260] "Τῶν ἢ ἡλικιῶν ἐπι- 439
κινδυνότα) ὡδὶ φθίσιν ἀπὸ ὀκλω-
καὶ δέκα ἐτέων, μέχρι πέντε ἔ τρια-
κοντα. [261] "Τὰ κνηζμώδεα σώμα- 440
τα μ̃ καλίης φαίνεν ἐν φθισικοῖ-
σι, κακόν. [262] "Ἐπὶ τ̃σι φθινώ- 441
δεσιν ἕξεσι μ̃ πυρετ̃ ἐς ἕλα καὶ ὀ-
δόντας ῥόμβῳ ἐπιφανόμενα, κα-
κόν. [263] "Ἐπὶ πᾶσιν ὑποχόνδρια 442
μετέωρα,

niores magis pereunt, ex reliquis juniores. [248] Quibus suppuratis dum concutiuntur, multus strepitus de humeris fit, minus puris habent hi, quam quibus paucis, si difficilius spirent & meliorem colorem habeant. [249] Quibus autem strepitus quidem nullus fit, verum difficultas spirandi fortis, & ungues lividi, hi pleni ' sunt pure, & pernicioſe habent. [250] Qui spumosum sanguinem vomunt, dolore infra septum transversum non existente, de pulmone vomunt. [251] Et quibus quidem magna in ipso vena rumpitur, multum vomunt & in periculo versantur: quibus vero minor, minus educunt, & securiores sunt. [252] Quibus tabidis sputum in igne gravem nidorem olet, & capilli de capite fluunt, pereunt. [253] Quibus tabidis in ' mare expuentibus, pus ad fundum sidit, brevi pereunt. [254] Sit autem mare in æneo vase. [255] Quibus tabidis capilli ex capite defluunt, à profluvio alvi moriuntur. [256] Et quibus tabidis alvi profluvia accedunt, moriuntur. [259] In tabescentibus sputa suppressa, mentem ad nugas garriendas emovent. [258] His spes est hæmorrhoidem apparere posse. [259] Tabes periculosissimæ sunt, à ruptione venarum crassarum, ' & à defluxu de capite. [260] Ætates periculosissimæ sunt ad tabem, ab anno decimooctavo, usque ad trigesimumquintum. [261] Pruriginosa corpora post alvum suppressam, in tabidis mala sunt. [262] In habitibus tabescentibus cum febre, fluxiones ad gingivas & dentes comparentes, malæ sunt. [263] In omnibus in tumorem elevata præcordia, mala

μελέωρα, κακόν· 264 κάκιστον δ' ἐπὶ
τοῖσι φθισικοῖσιν. 265 " ἐπὶ [δ'] τοῖ- 443
σιν [οὐκ] ἂν μακρῶν τελεκόσιν, ὀ-
λέθριον. 266 ἔνιοι πρὸ τῶν τελευτῶν
ἐπιῤῥιγοῦσι. 267 " Τὰ ἀμυχώδεα 444
ἐξανθήσιμα φθίσιν ἕξιος σημαί-
νει. 268 " Οἱ δὲ ζοποοι συνέχοντες, 445
πολλὰ ἄπεπτα ἀναγόντες ἐν φθίσι,
ὀλέθριοι. 269 " Οἷσιν ἡπατικοῖσι 446
πολὺ πλύαλον αἱματώδες, εἴτε
συμποζάσθην, εἴτε χολώδες ἄκρη-
τον, ὀλέθριον δύσεος. 270 " Ἐφ' 447
ἡπατικῷ τῆξις ἅμα βράγχῳ, κα-
κόν· ἄλλως τε κλὼ ὑποδήσει. 271
" Οἱ κατ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρ- 448
διαλγικοί, καρώδεες, ῥιγώδεες,
κοιλίαι παραχώδεες, ' λεπτοί, ἀ-
πόσιτοι, ἐφιδρῶντες πολλῶ, πυώ-
δεα καὶ κοιλίῃ ἀφίεντα. 272
" Τοῖσιν ἥπαρ ἐξαπίνης ἀφεισθυ- 449
νῶσι, πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει.
273 " Ὅσοι δ' ἀφρώδες αἷμα πλύ- 450
σι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν,
ἀπὸ δ' ἥπατος πλύσι, καὶ θνήσκου-
σιν. 274 " Οἷσιν ἧπαρ καυθήσιν 451
οἷον ἀμόργη ἔοικεν, θανάσιμον.
275 " Οἱ δ' ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων 452
νουσημάτων ' ἐπίπονοι γίνονται καὶ
ὀλέθριοι. 276 ἄρχον] δ', οἱ μὲν πλεῖστοι
μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ
ἥπατος. 277 τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν
κενεώνων ἀρχομένοισιν οἱ πόδες οἰ-
δέουσι, καὶ ἀφόρητοι πολυχρόνιοι
φλεγμονὴ ἐγγίνονται, ἀναπίνουσι
κοιλίῃ, ἐδέων ὀδυνώδεα λύουσι
τὰς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων. 278
ὅσοισι δ' ἀπὸ ἥπατος, βὴξ τε
καὶ θυμὸς ἐγγίνεται, καὶ οἱ πόδες
οἰδέουσι, καὶ ἡ κοιλίη σκληρὴ ἀφο-
δίδωσι καὶ ἀναγκάζει, οἰδή-
ματά τε ἐπὶ αὐτῷ γίνεται,
τὰ μὲν ἐπὶ ' δεξιὰ, τὰ δ' ἐπ'
ἀριστερά, καὶ πάλιν καταπαύε-
ται.

sunt, 264 in tabidis autem pessi-
ma. 265 Ex his qui diutina 'ta- 371
be pernicioſe conſumpti ſunt,
266 aliqui ante finem rigore ap-
prehenduntur. 267 Puſtularum
eruptiones velut ferro lancina-
tæ, habitus tabem ſignificant.
268 Difficulter ſpirantes ex pu-
tredine, multa cruda educentes
in tabe, pernicioſe habent. 269
Quibus hepaticis multum eſt 111
ſputum cruentum, ſive ſubpu-
tridum, ſive bilioſum meracum,
ſtatim pernicioſum eſt. 270 In
hepatico colliquatio cum rauce-
dine, malum, tum alias, tum
ſi aliquantum tuſſiat. 271 Hepar
dolentes, os ventriculi dolentes,
ſoporoſi, rigorem habentes, &
alvum turbatam, tenues, ci-
bum averſantes, 'multum ex- 5
ſudantes, purulenta per alvum
egerunt. 272 Hepar derepente
circumcirca dolentibus, febris
accedens dolorem ſolvit. 273 Qui
ſanguinem ſpumoſum ſpuunt,
præcordium dextrum dolentes,
de hepate ſpuunt, & moriuntur.
274 Quibus hepar uſtis, velut
amurca prodit, lethale eſt. 275
Hydropes ex morbis acutis do-
loroſi fiunt, ac pernicioſi. 276
Incipiunt autem plerique à late-
rum mollitudine, aliqui etiam
'ab hepate. 277 His igitur qui- 10
bus à laterum mollitudine ini-
tium ſumunt, pedes tument,
& alvi profluvia diuturna ſe-
quuntur, alvum non mollien-
tia, neque dolores ex lumbis &
laterum mollitudine ſolventia.
278 Quibus vero ab hepate, tuſ-
ſis adhuc prompte oboritur, &
pedes tument, & alvus dura
egerit, eaque ad neceſſitatem
coacta, & tumores circa ipſam
fiunt, partim in dextera, par-
tim in ſiniſtra, & rurſus ſedan-
tur.

τιν. 279 " Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσι ὑδρω- 453
πιώδεσι τὰ γραφώδεα, μοχθη-
ρόν. 280 φλαῦρα ἢ ἢν τὰ μικρὰς
ὑποστάσιας ἔχοντα. 281 " Τοῖσιν ὑ- 454
δρωπιώδεσιν ἐπιληπτικὰ ἐπιγε-
νόμενα, ὀλέθριον. 282 ἄλλως τε
[καὶ ἐπὶ] σημείων μοχθηρῶν αἱ
κοιλίαι ἐξυγραίνονται). 283 " Ἐν τοῖσι 455
χολώδεσι κοιλίη παραχώδης, δια-
διδοῦσα σμικρὰ γονοειδέα μυξώ-
δεα, καὶ πόνον ἄδηλον ἔχοντα, ἐμποιέον-
τα, καὶ ἔπειτα ἢν δύλυτος ἰόντα, ἐς ὑ-
δρωπα· ἀποτελευτᾷ ἐκ τοιούτων.
284 " Ὑδερικῶν πυρετώδη ἕρον 456
μικρὸν καὶ τεταραγμένον, ὀλέθριον.
285 " Ἐπὶ ὑδέρῳ ἀρχομένῳ διάρ- 457
ροια γλυκομένη ὑδατώδης, χωρὶς ἀ-
πεψίης, λύει τὸν νοῦσον. 286 " Τοῖσι 458
ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι παρημαί-
νουσι τρόφοι παρὶ τὸ λεπτὸν ἐμπί-
πτοντες, κακόν. 287 " Τὰ ἐξ ὑδρω- 459
πικῶν ἐπιληπτικὰ, ὀλέθρια. 288
" Ὑδρωψ παρὸς θερμοπότιν ἐνδιδοὺς 460
καὶ παλινδρομέων, ἀνέλπιστος. 289
" Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι, καὶ φλέβας 461
ἐς κοιλίην ῥαγέντας ὑδατος· λύ-
σις. 290 " Δυσεντερίη ἀκμήρως ἐπι- 462
σχεθεῖσα ἀποστάσιν ἐν πλευροῖσιν, ἢ
παλάγχνοισιν. ἢ ἐν ἄρθροισι ποιεῖ.
291 ἦ ῥα ἡ μὲν χολώδης ἐν ἄρθροισιν,
ἡ δὲ αἱματώδης ἐν πλευροῖσιν ἢ
παλάγχνοισι; 292 " Δυσεντερικοῖ- 463
σιν ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ κακόν.
293 ' Οἷσιν ἐκ δυσεντερίης ὀξείης ἐς 464
πυώδεα ἥκει, τὸ ὑγρὸν τὸ ἐφιστάμε-
νον ἐκλύκου ἔσται καὶ πολύ. 294 " Τὰ 465
δυσεντεριώδεα, ὑπέρυθρα, ἰλυώ-
δεα, λάβρα, ἀμαχανήματα, ἐπὶ
φλογώδεσιν ἐξερύθροισι χρώμασι
λυόμενα, ἐλπὶς ἐκμανήναι. 295
' Δυσεντερίη παλαιώδεσι μὲν μα- 466
κρὴ, χρήσιμον· μακρὴ δὲ, πονηρόν.
296 λυγώδης γὰρ, ἐὰν ὕδρωπες ἢ λφεν-
τερίαι

VII. Θάλασσα ἢ τοῖσι κνησμώδεσι καὶ δεινώδεσι, καὶ λέβης καὶ συρίγγιον θερμή. [2] τοῖσι μὴ [τοι] ἀήθεσιν ὑπολυμαίνουσι. [3] τοῖς ἕλκεα δὲ πυρίκαυτα, καὶ ἀποσύρματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, παλέμιον. [4] ἐπιήδεον δὲ τοῖσι καθαροῖσιν. [5] ἀγαθὸν καὶ ἰχναίνειν ἀῦ· ὡς τὰ τ' ἁλιέων ἕλκεα. [6] τῶν τε γὰρ ἐὸν σήπυει, ἢν μὴ ψαύῃ. [7] καὶ τοῖς ὑποδεδιόσι. [8] καὶ τὰ νεμάμενα πυΐῃ καὶ ἰσπίζειν, ὡς ἄλες, καὶ ἁλμυρίδες, καὶ λίτρον. [9] πάντα δὲ τῶν σμικρῶν μὲν χρωμένῳ ἐρεθιστικά. [10] τοῖς δὲ εὖ ἀγαθά.

sentiunt inter se omnia hæc. [20] Quod vero omnia desquamata & ambusta in superficie, non valde tegi adsueta, maxime frigidam molestè ferunt, par est. [21] Citissime enim superantur. [22] Et profundissima si superentur, maxime utique graventur: [23] deinde etiam natura nervosa participant.

VI. Quoniam imus venter calida delectari videtur, considerandus locus est: [2] & postea extremæ partes, & vesica, & genitales partes: [3] & virilis membri glans natura frigidior est, quam quis putat. [4] Sursum enim non deorsum exilit caliditas: [5] & propterea calida delectatur. Considerandum etiam, quod post calidam frigescit corpus magis perfrigeratum: post frigidam vero recalescit magis contractum: [6] velut etiam aquæ frigefaciendæ & calefaciendæ sunt, propter tenuitatem: [7] Et quod post calidam durescit corpus magis reficcatum, [8] velut oculi post frigidam. [9] Altera enim similis est aëri ambienti, altera non.

VII. Mare pruriginosis, & qui ab acribus humoribus vellicantur prodest, ut & lavent, & foveant ex calido. [2] Qui vero non adsueti sunt, aliquantum læ duntur. [3] Verum ad ulcera, & ambusta, ac desquamata, & quæcunque talia, contrarium est. [4] Aptum est autem puris. [5] Bonum est & ad attenuandum, & ad piscatorum ulcera. [6] Hæc enim neque suppurantur, si non vellices: [7] & ad ulcera cuniculosa, [8] & depascentia proserpendo sedat, ac sistit, velut sal, salsugo, nitrum. [9] Omnia autem hæc si quis parum utatur, irritant: [10] si excellenter, bona sunt.

γαθά. [11] βέλτιον δὲ θερμὴν ποιεῖς τὸ πλεῖστον.

ΙΙΧ. [1] Ὄξος δὲ χρῶ μὴ καὶ ἄφροισι πολλαπλάσιον θαλάσσης, καὶ δυναμικώτερον, καθαρτικόν, καὶ συμπλοκώτερον. [2] καὶ ἕλκεσι τοῖσι νεοτρώτοισι, [3] θρόμβοισιν, [4] ἢ μέλαινα αἰδοίων, [5] [11] κλύσις ἀτῶν ἢ καὶ ὀδόντων. [6] θερμῷ δὲ ταῦτα, τά τε ἄλλα, [7] καὶ τῇ ὥρῃ ξυμμετρέεσθαι. [8] [11] ἐς τὴξιν δὲ ἄλες καὶ ποῖς ἄλλα ὅσα λιχῆνα, λέπρην, ἀλφοῖσι, παχυσὴν ἐν ἡλίῳ θερμῷ. [9] μάλιστα δὲ ὄνυξι λεπροῖσι. [10] κρατέει γὰρ μὴ χρόνον. [11] μυρμηκίας ἀπαλοιφῇ. [12] καὶ τὰς ἐν ὠσὶν ἰᾶται ῥύπους. [13] μαλάσσει δὲ καὶ χρῶτα. [14] πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῳ, εἰ μὴ ὀδμὴ ἔνεστι καὶ μάλιστα γυναῖκας. [15] ἐδυνήσεται δ' ἂν καὶ ποδαγρίῃ, εἰ μὴ ὁ χρὼς ἐπιρώσκεται. [16] ταῦτα καὶ τοὺς ὄξους ποιεῖ.

ΙΧ. Οἶνος δὲ γλυκὺς, ὅσα χρόνια τραύματα, συνεχέως χρωμένῳ αὐτάρκεες. [2] ἀπὸ καὶ ἐς φαρμακοποσίην. [3] αὐστηρὸς δ' ὁ λευκὸς καὶ μέλας οἶνος ψυχρὸς ἐπὶ τὰ ἕλκεα συνέχει. [4] ψυχρὸς, ἅτε θερμὸν ψυχρόν. [5] [11] ἔρια δ', ὅσα μὲν ψύξιος ἕνεκα, ἢ καταψύχεται, ἢ ἐμβάπτεται, ἢ ἐμβάπτεται, ὡς ὕδατι ψυχρότατον. [6] ὅσα δὲ συνάψιος, ὁ μέλας οἶνος καὶ ἔρια καταρτύει· οἷον καὶ φύλλα τὰ λιλαίων, ἢ ὀδόντια βάπτεται ἐπὶ τὸ πλεῖστον. [7] ὅσα δ' ἔπι συνάψιος, οἷον κισσοῦ φύλλα καὶ λευκοῦ. [8] καὶ ὅσα τρυφερώτερα, ἢ ψαυστικώτερα, οἷον κισσός τε καὶ βάτος, ῥοῦς συνάδελφος, ἐλελίσφακος. [9] [11] καὶ ὅσα μαλθακοῦ δεῖ, οἷον ἄλευρον ἑφθόν.

Χ. Τὸ

sunt. [11] Melius autem est calidum ad plurima.

VIII. Acetum ad corpus & articulos, simile est mari, & potentius, ad perfundendum & ad fomentum: [2] & ad ulcera recens vulneratis, [3] & ad sanguinis grumos, [4] ubi nigredines sunt in pudendis, [5] collutio est ad aures, & ad dentes. [6] Calido autem hæc fiunt, & alia, [7] sed & ex tempore conjecturam facere oportet. [8] Eliquat velut sal, & ut alia quæ impetigini, lepris ac vitiliginibus conducunt, affusum ad calidum solem: [9] maxime vero conducit unguibus leprosis. [10] Superat enim post tempus: [11] verrucas formicarias attenuat, [12] & sordes in auribus sanat. [13] Mollit autem & corpus, [14] & multos alios locos, si non odor offenderet, & maxime mulieres. [15] Valuerit & ad podagram, si non corpus vulneraretur. [16] Eadem etiam fex aceti facit.

IX. Vinum dulce ad diuturna vulnera commodum est assidue utenti. [2] Sed & ad medicamentorum potionem. [3] Austerum autem & album, & nigrum vinum, frigidum ad ulcera commodum est, [4] frigidum propter caliditatem. [5] Lanæ quæ frigiditatis gratia, aut perfunduntur, aut induuntur, aut intinguntur, aquam frigidissimam postulant. [6] Quæ vero adstrictionis gratia, vinum nigrum etiam lanas aspergere potest, velut etiam betarum folia, aut linteola intinguntur, in plurima [7] quibus adstrictio inest, velut sunt hederæ albæ folia, [8] & quæ acerbiora sunt, aut friabiliora, velut hedera & rubus, rhus coriarius, salvia: [9] & in ea quæ mollire oportet, velut farina cocta.

X. Aqua

x. Τὸ ψυχρὸν ὠφελεῖ τὰ ἐρυθρὰ, οἷα ἄλλη κὴ ἄλλη σήψει ὑποτιλάται, [2] οἷα οἱ "τὰς σπλῆνας ὀξυκηρὰς ἀνίσχουσιν. [3] δυσέρκτοισι δὲ κὴ ἀπαλοσάρκοισιν "ὑπερύθρα. [4] μέλασι δὲ κὴ οἷα στρογγύλα ἐόντα, [5] "αἰθόλικας λέγουσι, [6] κὴ ἐν ὠμοῖσι τοῖσι θερμολουσίοισιν ἀνίστασθαι φύσαι, [7] κὴ γυναιξὶν "ἐκ γυναικείων ἀναδρομὴς ὑπὸ χρῶτα, [8] κὴ ὑπὸ ἐρεθισμὸν δέρματος, [9] ἢ ἐμπλοκίων τεχνέων ἀήθη φορήσει, [10] κὴ ἐξ ἱδρώτων ἔξοδος, [11] ἢ ἐκ ψύχεος ἐξαίφνης ὡδὲ πῦρ ἐλθόντι ἢ λέβητι θερμῷ. [12] ταῦτα δὴ ὕστερον ποιήσαντα, ἐπ' ὀδυρμοῖς ἐκπύει· [13] ἐπεὶ, ὅσα γε ἐκ ψύχεος γίνεται, "ἢ ἑκόντα τεθηγμένα κεχρώσται δεῖα, εἶτ' ἐφελκύσαντα, τὸ μὲν ψυχρὸν βλάπτει, τὸ δὲ θερμὸν ὠφελεῖ. "ἃ δὲ ἀμφω ὠφελεῖ. [14] τὰ δὲ ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ [ἀλγήματα] αὖον ἕλκος, [καὶ] ποδαγρικὰ, "κὴ σπάσματα, τελέων τὰ πολλὰ ἀφεῖσα τὸ ψυχρὸν πολὺν καταχόμενον ῥιζοῖ τε κὴ ἰσχναίνει, κὴ ὀδυνᾷ ναρκῆ. [15] νάρκην δὲ μελεῖν ὀδυνᾷ λυσικήν.

x. Aqua frigida prodeſt papulis rubicundis, quales alia atque alia parte ſublatæ erumpunt, [2] quales per ſplenia attractoria emergunt. [3] In carnoſis vero & tenera carne præditis ſubrubicundæ ſunt: [4] in nigris autem rotundæ, [5] dothienes hoc eſt furunculi appellati, [6] & quales in ipſis calidis lavacris oboriuntur, [7] & mulieribus ex menſium ſub cutem recurſu fiunt, [8] & ab irritamentis cutis, [9] aut inſolita veſtimentorum aſperorum geſtatione, [10] & ex ſudoris exitu, [11] aut ubi quis ex frigore, derepente ad ignem, aut calida lavacra acceſſit. [12] Nam ſi hæc poſterius fecerit, nequaquam amplius erumpunt. [13] Alioqui quæ ex frigore fiunt, aut quæ exaſperantur inſtar milii, deinde exulcerantur, eas frigida lædit: calida vero prodeſt. [14] Tumores in articulis, & dolores ſine ulcere, ac podagricos, & convulſa, plurima ex his frigida multa affuſa levat ac extenuat, & dolorem torpefacit. [15] Torpor autem moderatus, dolorem ſolvit.

xi. Καὶ τὸ θερμὸν ἰσχναίνει καὶ μαλθάσσει. [2] "τοῖσι δὲ ποδαγρικοῖσι, παρέσεσι, τελέοισι, ἀποσπάσμασι, τὰ τοιαῦτα. [3] σκιρώσιες, τρόμοι, ὠδατώδεα, τὰ τοιαῦτα, χαλῶσι. [4] νάρκαι, ἀναισθησίαι, τὰ τοιαῦτα. [5] κάτωθεν ἀπολήμψιες. [6] φυλάσσεσθαι δὲ ἐν τῇ ψυχρῇ χρήσει, ψυχροῖσι χρεόμενον μᾶλλον, ἢ πλεονάκις. [7] τὰ δὲ ἐς τὰ ἄρθρα ἐσπληρωμένα, ἢ ὑπὸ φλεγμονῆς ἐκπεπτωκότα ὀγκώδεα, ἢ ἀσκύλλεται, πρήγματα ἰήσασθαι, ἐς ἀσκίον "θερμὸν ἐγχέοντας, τὴν χεῖρα ἐναποδῆσαι. [8] κὴ ὄμματα, δακρύοντα παρηγ-

xi. Sed & calida aqua attenuat ac mollit. [2] Podagricis reſolutis, ante ac retro diſtentis, convulſis, talia accedunt, [3] diſtentiones, tremores, leves ſiderationes: talibus laxatis, [4] claudicationes, torporis, vocis interceptiones, ad talia, [5] excretiones per infernas partes ſuppreſſæ. [6] Cavendum autem eſt in frigidæ uſu, ne modum excedamus. [7] Articulos induratos, aut ab inflammatione aliquando oborta, aut à diſtortione, operæprecium eſt ſanare, aqua calida in utriculum infuſa. Manum deligare, [8] & oculos, lachrymas

ρηγελικὸν καὶ ἀλέφοντα. ὠφελεῖ τὰ δερμέα λίπος ἐπιχεόμενον, ὥστε μὴ ἅπτεσθαι τὸ ἀλμῶδες, 9 ἐν τοῖσι βοθρίοισι ἀμφίψυξις, καὶ πλήρωσις ἐς φύσιν ἄγουσα. 10 ὀφθαλμοῖσι θερμὸν, ὀδυνῆσιν, ἐμπυήσεσιν, δακρύων δακνωδέων ξηροῖσιν ἅπασι. 11 τὸ ψυχρὸν, ἀνωδυνίοισιν, ἐξερυθροῖσι, 12 τοῖσί τε ἐθέλουσι συστροφὰς καὶ φλέβας ποιέειν, 11 οἷα χολαδώδεα, καὶ ὠρηκα καὶ ἄλλα σκληρά. 13 ἰσχίῳ δὲ καὶ ὑστέρησιν ἐπάνω ἐνδέχεται, 14 [ἐνδὲ] αἷμα ἐν ψύχει ῥέειν. 15 11 ἔλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα ἐπισκληρύνει, ὀδυνώδεα ἀνεκπύητα ποιέει, πελιαίνει, 11 μελαίνει, ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμοὺς, τετάνους. 16 ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνῳ αὖθι ἕλκεϊ νέον διστόμωμα, θέρεϊ μέσῳ, ψυχρῷ πολλῷ καταχύσις θέρμης ἐπανάκλησιν ποιέει. 17 θέρμη δὲ 11 ταῦτα ῥύεται. 18 τὸ θερμὸν σηπεδονῶδες, ὅκου ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν. 19 δέρμα μαλθάσσει, ἰχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρεγγελικόν. 20 τὸν δὲ ἐν κεφαλῇ καρηβαρείην λύει. 21 ὠφελέει δὲ μᾶλλον δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι. 22 τελέων δ' μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ τρώμασιν 11 ἑκασίοισι καὶ ἀκασίοισι. 23 καὶ ὁπόσα τοῦτο ψυχεῖ ἢ θνήσκει ἢ ἕλκεται. 24 ἔπι ἑλκώμασι δὲ ἑκασίοισί τε καὶ ἀκασίοισιν. 25 11 οἷσιν ἀποτύρματα, ἕρπητιν ἐσθιομένοισι, μελαινομένοισιν 11 ἢ ἐν γλουτοῖσιν, ἢ ἐν ἀκρῃ, ἢ ἐν ἕδρῃ, ἢ [ἐν] ὑστέρῃ.

26 τέ-

mas lenit, ita ut ad acres, ſtillamentum lene infundat quis, ut ne ſalſuginoſa contactu læ- 115
dat. 9 Et foſſulis ulceribus oculorum elotio prodeſt, & repletio ad naturam reducens. 10 Calida oculis convenit, doloribus, ſuppurationibus, lachrymis mordacibus, ſiccis omnibus. 11 Frigida doloris exortibus, valde rubicundis, 12 & qui collectiones tuberculorum juxta venas habere ſolent, qualia ſunt ulcuſcula capitis manantia, circa thoracem, & alia dura. 13 Verum podici & utero, non valde commoda eſt, 14 neque ſan- 120
guinem in frigore mingentibus. 15 Ulceribus quidem frigida mordax, cutem obdurat, doloroſa non ſuppurari facit, liquefacit, nigrefacit, rigores febriles facit, convulſiones, ante ac retro diſtentiones. 16 Quandoque vero in hac diſtentione, ſine ulcere, juveni carnoſo, media æſtate, multæ frigidæ aquæ affuſio, caloris revocationem facit. 17 Calor autem hæc ſolvit. 18 Calida ſuppuratoria eſt, non in omni 125
ulcere, maximum ſignum ad ſecuritatem, 19 cutem mollit, attenuat, dolorem eximit, rigores, convulſiones, ante ac retro diſtentiones lenit, 20 capitis gravitatem ſolvit, 21 plurimum autem conducit oſſium fracturis, magis autem denudatis, 22 & ex his maxime his qui in capite ulcera habent, 23 & quæcunque præ frigore, aut moriuntur, aut ulcerantur: 24 itemque in ulcerationibus voluntariis ac involuntariis, 25 qualia ſunt deſquamata: herpe- 130
tibus ſerpendo adedentibus, denigratis aut in gingivis, aut in aure, aut in ſede, aut utero.

26 His

26 τέτοιζι πᾶσι τὸ [μὲν] θερμὸν φίλιον καὶ κεῖνον· 27 τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον· 28 πλὴν ὁκόσα αἱμορραγέειν ἐλπίς. 29 ὕτω καὶ χυσίζειν ὑγρῶν, ἐπιχείσιζι ἀλειπτῶν, ἐπιθέσιζι φύλλων ἢ ὀθονίων, καταπλάσιζιν, 30 ὁκόσα ἢ ψύξις ἢ θέρμη ὠφελέει ἢ βλάπτει.

26 His omnibus calida amica est ac judicatoria. 27 Frigida vero inimica & occidens, 28 præterquam in quibus sanguinem fluxurum esse timor est. 29 Atque hoc modo utendum est liquidorum perfusionibus, inunctilium illitionibus, foliorum impositionibus, aut linteorum 'cataplasmatis, 30 quæcunque aut frigiditate, aut caliditate prosunt, aut nocent. 135

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ.

HIPPOCRATIS DE PVRGANTIBVS.

Basil. græc. Foesius fine edit. ult. Basil. lat.

ΤΑ περὶ φαρμάκων ἔχ, οἷα νομίζεται, ἐστι. 2 τῷ γὰρ αὐτῷ φαρμάκῳ καθαίρονται καὶ οὐ καθαίρονται. 3 ἔστ' ὅτε δὲ ἄλλα καθαίρει, ἢ οἷα εἴωθε. 4 ἔστ' ὅτε δὲ ὑπερκαθαίρει. 5 ἔστι δὲ ὅτε τὰ δέοντα ἐποίησεν. 6 ὥστε οὐκ οἷόν τε πεποιῆσθαι τοῖσι φαρμάκοισιν, ἐκεῖνα διδόναι. 7 ὑπολαμβάνειν γὰρ χρὴ καὶ τὰ σιτία τὰ τρέφοντα ἡμᾶς, φάρμακα εἶναι, ἧσσον δὲ ἐκείνων. 8 οἱ μὲν γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ὀρθῶς μὲν σιτεύμενοι ὑγιαίνουσι· 9 μὴ ὀρθῶς δὲ, καθαίρονται μὲν ὥσπερ ὑπὸ τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων· ἧσσον δὲ καὶ βραδύτερον τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων. 10 δῆλον οὖν, ὅτι ἐστὶ καὶ ταῦτα φάρμακα. 11 ὅμως δὲ ταῦτα βραδύτερα, καὶ ξυνήθη ἐόντα ἡμῖν, ἐκάστην ἡμέραν ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, ἐκεῖ καὶ

MEDICAMENTORVM purgantium res non ita se habet, quemadmodum vulgo putatur. 2 Eodem enim medicamento purgantur & non purgantur. 3 Quandoque vero alia purgat quam quæ purgare solet: 4 aliquando nimium purgat: 5 aliquando ea quæ debet facit. 6 'Quare fieri non potest ut quis medicamentis confisus, ea temere exhibeat. 7 Nam & cibos nos alentes, medicamenta esse putandum est, verum minus quam illa. 8 Homines enim qui his recte in cibo utuntur, sani sunt: qui non recte, ægrotant: 9 qui vero modum excedunt, purgantur quidem velut à sinceris medicamentis, verum minus & tardius quam à sinceris 'medicamentis. 10 Clarum igitur est, quod & hi medicamenta existunt. 11 At vero hi tardiores, qui & familiares nobis sunt, & quotidie in corpus ingrediuntur, si temere & negligenter exhi- 93 pag 125 5 10

καὶ ἀμελῶς διδόμενα, παράσσει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ νοσοποιεῖ πως. 12 καὶ τὰ εἰλικρινέα καὶ τὰ ὀξέα, ἢν ἀμαθῶς καὶ ἀσκέπτως δίδῶ τις, ἐ μέλλει ὠφελήσειν τι ξύμφορον.

11. Χρὴ οὖν πρῶτον διδόναι τοῖσι μὲν χολώδεσιν, ὃ, τι χολὴν καθαίρει, 2 τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν, ὃ, τι φλέγμα, 3 τοῖσι δ' ὑδρωπώδεσιν, ὃ, τι ὕδωρ, 4 τοῖσι δὲ μελαγχολώδεσιν, ὃ, τι μέλαιναν χολήν. 5 ἢν δ' τούτων ἔξω καθαίρῃς, τὰ μὲν δέοντα ἐ καθαρεῖς· 6 τὰ δ' μὴ δέοντα κενώσεις· 7 ὥστ' ἐς ἀμφότερα ἁμαρτάνειν.

III. Ὅταν οὖν μέλλῃς τινὶ φάρμακον διδόναι, ἢν τε κάτω, ἢν τε ἄνω, 2 ἐπερωτᾶν αὐτὸν χρὴ, 3 εἰ δή πεπιε φάρμακον, 4 καὶ πότερον ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι καθαιρτικοῖσι φαρμάκοισιν ὀξέα, καὶ ὑπακούει ταχέως, ἢ σκληρή. 5 καὶ ἢν φῇ ὀξέαν καὶ δύλυσιν εἶναι, μαλακωτέρων τε καὶ ἐλασσόνων τῶν φαρμάκων δεῖσθαι· 6 ἢν δ' σκληρὴ εἴη, ἰσχυροτέρων. 7 ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτερικά. 8 ἢν δὲ μηδέποτε φῇ, μήτε ἄνω, μήτε κάτω κεκαθάρθαι, ἢ πεπωκέναι φάρμακον, 9 ἐγγυᾶν χρὴ, εἰ ἐπὶ τὰ ἐσιόντα ὑγιαίνουσα δύλυσις ἡ κοιλίη ἐπὶ τὰ κάτω, ἢ δύεμεσιν ἐπὶ τὰ ἄνω· 10 καὶ εἰ ἐπὶ τὴν ζμυνθίν τινα γλυφόμενον, ἢ διάῤῥοια ἐπιγένοιτο αὐτῷ. 11 ταῦτα πάντα ἀνερέσθαι χρὴ, ὡς ἂν δυνηθῇς ὀρθῶς βουλεύεσθαι. 12 αἰσχρὸν γὰρ ξυμφορὴ, φάρμακον διδόντα ἀνθρώπῳ, ἀποκτεῖναι.

IX. Ὁκόσοι μὲν οὖν ὑπὸ πυρετῶν ἰσχυρῶν λαμβάνονται, ἐ χρὴ τούτοις

exhibeantur, temere homines turbant, & quodammodo morbos inducunt. 12 Quin & sinceros & acidos cibos si quis citra delectum ac inconsiderate exhibeat, nihil commodi perficient.

11. Oportet igitur primum biliosis dare quod bilem purgat: 2 pituitosis quod pituitam: 3 hydropicis quod aquam: 4 atrabiliariis quod bilem atram. 5 Si vero extra hæc purgaveris, quæ quidem purgari debent, non purgabis: 6 quæ vero non debent, ea evacuabis. 7 Quare in utranque partem peccabis.

III. Quum itaque pharmacum alicui dare voles, sive deorsum sive sursum purgans, 2 interrogare ipsum oportet, 3 an prius biberit medicamentum, 4 & an alvus ex deorsum purgantibus cita fit, & celeriter obediat, aut dura. 5 Et si citam ac facilem solutu esse dixerit, mollioribus & paucioribus medicamentis opus habet: 6 si vero dura fuerit, fortioribus indiget. 7 Idem modus in sursum purgantibus requiritur. 8 At si nunquam neque sursum, neque deorsum se purgatum esse dixerit, neque medicamentum bibisse: 9 cognoscere oportet an ad ea quæ sanus in corpus ingessit, alvus deorsum solutu facilis fuerit, aut sursum versus apposita ad vomitionem, 10 & an ad repletionem aliquam alvi profluvium ipsi successerit. 11 Hæc omnia interrogare oportet, quo recte consulere possis. 12 Turpis enim est calamitas, medicamento purgante dato hominem occidere.

IV. Quicunque igitur à febribus fortibus corripiuntur, his medi-

τέτοισι φάρμακα διδόναι καθαρήσεται, ἐς τ' αὖ μεθ' ὁ πυρετός. 2 εἰ δὲ μή, μὴ σύνεστι τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερῶν. 3 θερμαὶ γὰρ αἵ τε σάρκες ἔασιν αὐτέων καὶ αἱ κοιλίαι, ἀναλαμβάνει τὸ φάρμακον, καὶ ἀπαναθαίρονται ἐδέν. 4 καὶ τότε πυρετὸς γίνεται ὠλέων, καὶ τὸ χρῶμα ἐκτρέπεται, καὶ ἰκτερώδης γίνονται. 5 κινηθείσης γὰρ τῆς χολῆς, καὶ μὴ καθαρθείσης, ὅτε ῥοφέειν θέλει, ὅτε πίνειν, ἀλλὰ πάντα βδελύσσεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυται.

v. 1 Ἢν δὲ καθάρσιον τὸ φάρμακον, τὸ μὲν πρὸ μέσου ἡμέρης ἐδὲν καθαίρεται. 2 ἀπὸ μέσου δὲ ἡμέρης καθαιρόμενον, ὑπέρτερον γίνεται, καὶ ἀπόλυται. 3 διὸ δὲ τούτῳ τῷ ἡμέρῃ προσγίνεται, καὶ ἅμα τῇ καθαρσῇ μεθ' ὁ πυρετὸς, ὑγιὴς γίνεται. 4 σὺν δὲ χρὴ τοῖς ἰσχυροῖς τῶν πυρετῶν φάρμακα καθαρτήρια προσφέρειν. 5 ἀλλ' αὖ πινάδεν, ὑποκλύζειν χρὴ, ὁπόσακις αὖ βούλῃ. 6 ἀκινδυνώτερον γάρ. 7 καὶ τῶν αὐτὸν λόγον, καὶ ἐν τῇ θερινῇ ὥρῃ, 8 [μάλιστα] ἀπὸ κυνὸς ἀνατολῆς ἡμέρας πεντήκοντα φυλάσσεσθαι χρὴ, καὶ μὴ διδόναι φάρμακον, 9 ἀλλὰ κλυσμοῖσι χρέεσθαι. 10 ὁ γὰρ αὐτὸς κίνδυνος.

medicamenta purgatoria dare non oportet, donec remiserit febris: 2 sin minus, saltem non intra quatuordecim dies. 3 Carnes enim ipsorum & ventres quum calidi sunt, medicamentum assumunt, & nihil depurgantur, 4 & febris major fit, & color evertitur, & morbi regii speciem præ se ferunt. 5 Commota enim bile, & non purgata, non sorbere vult æger neque bibere, sed omnia abominatur, & plerunque perit.

v. Si vero detinet medicamentum, ante meridiem nihil purgatur: 2 à meridie vero nimium purgatur, & perit. 3 At si hac die superstes maneat, & una cum purgatione remittat febris, sanus fit. 4 Quapropter in febribus vehementibus medicamenta purgatoria exhibere non oportet. 5 Verum si alicui opus fuerit, infusum per clysterem adhibere potes, quotiescunque volueris. 6 Hoc enim minoris periculi est. 7 Juxta eandem rationem etiam tempore æstatis, 8 à canis ortu, per dies quinquaginta vitare oportet, & non dare medicamentum, 9 sed infusis per clysterem uti. 10 Idem enim periculum imminet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΛΛΕΒΟΡΙΣΜΟΥ. HIPPOCRATIS DE VERATRI VSV.

Basil. græc. Foesius VIII. 20. 1287. Basil. lat.

pag 534

ΤΟΙΣ μὴ ῥᾳδίως ἄνω καθαιρομένοις πρὸ τοῦ πόσιος προεύχεσθαι δεῖ τὸ σῶμα λεπτύνειν διαίτῃ ἡμέρης ἀναπαύσῃ. 2 ἐπὴν δὲ πίῃ [τις] ἑλλέβορον, πρὸς τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν ἢ πρὸς ὕπνους. 3 δηλοῖ δὲ ἡ ναυτίλιη, ὅτι κίνησις τὰ σώματα παρέχει. 4 ἐπὴν δὲν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν ἑλλέβορον, κίνει τὰ σώματα. 5 ἑλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖς σάρκας ὑγιέας ἔχουσιν. 6 ὅσοι δὲ τῶν φαρμακοποσίων μὴ διψῶσι, καθαιρόμενοι δὲ πάσονται, πρὶν ἢ διψήσωσι. 7 σπασμὸς ἐξ ἑλλεβόρου, θανάσιμον. 8 ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγιγνόμενος, κακόν. 9 ἐν τῇσι παραχαῖς τε κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, οἷσι μὲν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρων, ξυμφέρει τε, καὶ δυσφόρως φέρουσιν· εἰ δὲ μὴ, τἀναντίον. 10 ὡς δὲ ἔφην ἐν τοῖσι προγνωστικοῖσι, καθάρσις δύσκολος ἢ ἄνω ἐπ' ἀπυρέτῳ. ἀσιτίη, ἢ καρδιωγμὸς, ἢ στομάχου πόνος, ἢ σῆμα ἐπιπικρόμενον καθόλου τοῖσι ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνάων. 11 ἢν δὲ κάτω, ὅπου χολὸς πυρώδης φορέῃ, ὀσφύος ὀδύνη, γονάτων βάρος, καταμήνια δυσεργέοντα, ὀδύναι ἐν τοῖσι ὑπὸ τὸ διάφραγμα. 12 φυλάσσεσθαι δὲ ἐν τοῖσι φαρμακοποσίοις τοὺς ἀστείους τὰ σώματα· μάλιστα δὲ τοὺς μέλανας, καὶ ὑγροσάρκους,

113 HIS qui non facile sursum purgantur, ante potionem corpora prælumectare oportet uberiore alimento & quiete. 2 Ubi vero quis bibit veratrum, ad motus corporum magis ducere, quam ad somnos. 3 Declarat autem navigatio, quod motus corpora turbat. 4 Cum veratrum magis ducere voles, corpora moveto. 5 Veratrum periculosum est sanas carnes habentibus. 6 Quicunque in pharmacorum potionibus non sitiunt, dum purgantur, non cessant purgari prius quam sitierint. 7 Convulsio ex veratro, lethale. 8 In nimia purgatione, convulsio aut singultus succedens, malum. 9 In turbationibus ventris, & vomitibus spontaneis, siquidem qualia purgari oportet, purgentur, conducit, & leviter ferunt: sin minus, vice versa. 10 Quemadmodum autem in Prænotionibus dixi, purgatio sursum versus commodat ei, in quo sine febre est cibi fastidium, aut stomachi punctura, aut vertigo, aut os amarum, & in summa doloribus supra septum transversum: 11 at deorsum versus, ubi sine febre est tormen, lumborum dolor, genuum gravitas, menses ægre prodeuntes, dolores in partibus sub septo transverso. 12 Vitare vero oportet in pharmacorum potionibus eos, qui bona habent corpora, maxime autem nigros,

IV 78 pag 686

5

10

15

σάρκας, καὶ τὰς ὑποξήρας τε καὶ ψιλὰς, καὶ τραχυλάς. [13] " ὁ- 120
σοισι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου, ὡς ἔφην ἐν τῷ περὶ πλησίνης, οὐδέως ἐπιχείρεῦσι λύειν φαρμακείῃ, τὰ μὲν ξυνεπιμένουσι καὶ φλεγμαίνοντα " οὐδὲν ἀφαιρέεσιν. [14] ὑ- 121
δὲ γὰρ ἀφανίζων ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. [15] τὰ δὲ ἀντέχοντα τῇ νοσήματι καὶ ὑγιέα ξυνήκεσι. [16] ' ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γινομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει, καὶ ἀνιήτως ἔχει. [17] " ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷς ἀπὸ 122
κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα. [18] μὴ διδόναι δὲ ἐπὶ ἐμπύων. [19] " μὴ 123
φαρμακεύειν τοὺς ἀχρόους, [20] τοὺς βραγχώδεας, [21] τοὺς ἀσληνώδεας, [22] τοὺς ἀφαίμους, [23] τοὺς πνευμαλώδεας, καὶ ξηρορ βήσσοντας, [24] διψώδεας, [25] φυσώδεας, [26] συντεταμμένους ὑποχόνδρια [27] καὶ πλευρὰς [28] καὶ μελάφρενα, [29] τοὺς ἀπευνευαρκωμένους, [30] καὶ ἀμαυρορ βλέποντας, [31] καὶ οἷς ἦχοι τῶν ὤτων, [32] " καὶ τῆς 124
ἑρήθρας ἀκρατεῖς. [33] μηδὲ
τοὺς ' ἰκτεριώδεας, [34] " ἢ 125
καὶ λίθου ἀσθενέας, [35] " ἢ αἱ- 126
μορροώδεας, [36] " ἢ ἐν ἐνφυ- 127
σήμασιν ἐόντας. [37] ἢν δὲ φαρμακεῦσαι δόκῃ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλὲς αὖν καθαῖρε, κάτω δὲ μή. [38] κράτιστον δὲ τούτοις " δια- 128
τῆν. [39] " ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ περὶ 129
ῥηγμῶν, μὴ φαρμακεύειν μηδὲ τοὺς ἐπαινεμενοῦντας μέλανα, [40] ἀποσίτους, [41] καὶ ὠδυνοφόρους, [42] " καθεύδειν μικρορ [43] ὀδυνώδεας, [44] " ὄμμα φρασὶ κεκλιμένον ἔ- 131
χοντας, [45] ἀπινδέας, [46] σπολώδεας,

nigros, & humida carne prædi- 120
tos, sed & subsiccos, & balbos, ac blæsos. [13] Quicunque vero inflammata in principio morbi, velut in libello de Ptisana dixi, statim medicamento solvere aggrediuntur, hi de eo quidem, quod distentum est ac inflamma- 121
tum, nihil auferunt [14] (neque enim remittit qui crudus est affectus) [15] ea vero quæ morbo resistunt, & sana sunt, consumunt. [16] Corpore vero debili fiente, ' morbus superat, & im- 20
medicabile malum habent. [17] Cæterum veratrum his dare oportet, quibus de capite fluxus 122
fertur. [18] Non autem dandum est pectore suppuratis. [19] Neque 123
medicamenta danda sunt decoloratis, [20] raucosis, [21] lienosis, [22] exsanguibus, [23] spirituosis & siccum tussientibus, [24] siticulosis, [25] flatuosis, [26] & his qui præcordia, [27] & latera, [28] ac dorsum distenta habent, [29] & torpentibus, [30] & obscure videntibus, [31] & quibus aurium ' sonitus sunt, [32] & urinæ mea- 25
tus impotentibus: [33] neque item 124
morbo regio laborantibus, [34] aut ventre debilibus, [35] aut his qui sanguinis eruptiones, [36] aut tubercula habent. [37] Si vero 126
medicandum esse videbitur, veratro securus sursum purga, deorsum vero non. [38] Optimum autem his est victus rationem 128
constituere. Quemadmodum autem in Prædictionibus dixi, [39] non sunt medicamenta danda his 129
qui nigra evomunt, [40] neque ' cibum aversantibus, [41] neque 30
deliris [42] & parum dormientibus, [43] neque dolore vexatis, [44] neque visum temerarium in- 131
clinatum habentibus, [45] neque tumefactis, [46] neque vertigino-

δεας, 47 ἀγρόυς, 48 " μηδὲ τὰς 132
ἐν πυρετῷ καυματώδεας, 49 καὶ κεκλασμένους. 50 " ὡς ὃ ἔφλω πε- 133
ρὶ πλοσάνης, σησαμοειδὲς αὖω 45
καθαίρει. 51 ἡ πόσις ἥμισυ δραχμῆς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον. 52 ξυμμίσγει δὲ καὶ τοῖς ἑλλεβόροις τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος, καὶ ἧσσον πνίγει. 53 καθαίρει δὲ καὶ τὰς ἐν χρονίοις τεταρταίοις, 54 καὶ τὰς ἐν λιπυριώδει πυρετῷ χρονίους, 55 καὶ ὧν ἄκρητος δίψος, 56 μηδὲ ἀπόκρισις. 57 τούτους δὲ μὴ πρότερον ἢ τριῶν ἑβδομάδων. 58 πολλοὶ δὲ καὶ πλευριτικούς, 59 καὶ εἰλεώδεις. 60 ὡς δὲ ἔφλω ἐν τῷ περὶ γυναικείων, καθαίρειν καὶ ἐπὶ μήτρας καθάρσιος δέον.

fis, neque decoloratis, 48 neque his qui in febre æstuosi sunt 49 ac confracti. 50 Sicut autem de ptisana dixi, Sesamoides sursum purgat: 51 potio ejus est drachma dimidia in accto mulso trita. 52 Commiscetur etiam veratris tertia potionis pars, & minus suffocat. 53 Purgat item 35 quartanas diuturnas, 54 & diuturna febri lipyria vexatos: 55 & eos, in quibus non est sitis, 56 neque excretio 57 (hos vero non ante tres hebdomadas) 58 aliquando etiam pleuriticos, 59 ac volvulosos. 60 Et sicut in Muliebribus morbis dixi, purgandum est etiam, si uteri purgatione opus habuerint.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ, ἐκ τῆς ΑΚΤΟΥΑΡΙΟΥ Θεραπευτικῆς μεθόδου Ε. ς'.

HIPPOCRATIS ANTIDOTVM, ex ACTVARII Methodi medendi v. 6. *Corn. Henr. Mathisio interprete.*

ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ Ἱπποκράτης, ᾧ χρησάμενος Ἀθήνησι τὸν λοιμικὸν νόσον ἐστεφανώθη παρ' αὐτῶν. 2 αὕτη ὠφελεῖ καὶ [ἐς] κεφαλαλγίας ἐπιχειρομένη καὶ βαρείας δι' οἴνου, 3 ἐς ὠταλγίαν δὲ ἐλαίῳ, προκαθιεμένη. 4 ὡσαύτως ἐς τὸν τράχηλον διακρατουμένη. 5 δοτέον δὲ αὐτὴν διὰ ὑδρομέλιτος, καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος. 6 βηχικοῖς, πλευριτικοῖς, ἡπατικοῖς, αἵμα ἀνάγουσι, λιθιῶσι, τολυποικοῖς, κυάμου αἰγυπτίου τὸ μέγεθος

ANTIDOTVM Hippocratis, quo usus corona Athenis est donatus, 2 fronti ex vino illitum capitis dolorem mitigat, 3 & aurium dolori prodest, ex oleo vestium flocco injectum, 4 nec secus ore detentum, ejus dolorem sedat. 5 Dandum est autem ex hydromelite, nucis avellanæ magnitudine, 6 tussientibus, lienosis, jecinorosis, sanguinem exspuentibus, calculosis, laterum inflammationibus, ægyptiæ fabæ magnitudine,

θος, μεῖ ὀξυμέλιτος ἀκρᾶτος κυάθων τριῶν. 7 ἰσχιαδικοῖς, συλεροπονοῦσι, θέρμε τὸ μέγεθος, σὺν γάλακτι [ἢ] ἀφεψήματι γλυκυσίδης, ἀπὸ πρώτης σελήνης μέχρι ἐσχάτης. 8 δαιμονιζομένοις καρύε ποντικῆ τὸ μέγεθος σὺν γάλακτι ὀνείω. 9 τεταρταίζουσι μεῖ ὀξυμέλιτος, ληγούσης τῆς σελήνης.

11. Καλάμε ἀρωματικῆ, σχοινάνθης, βραθυ ἀνὰ ἑ. ἄγνε σπέρματος ἑ. δ'. καρδαμώμε, κυπείρε, κρόκε μαγματος, ἀνὰ ἑ. ε'. νάρδε κελτικῆς ἑ. ς'. ἀσπαλάθε ἑ. ζ'. [ἀμμωνιακῆ ἑ.] σφαιρῶν κυπαρίσσε ἑ. γ'. ῥόδων ἑ. γ'. λαδάνε, σμύρνης λιβάνε, ἀνὰ λίτ. α'. ζύκαθος μικρᾶς μ'. ταῦτα ὁμῆ κόπτε ἰδία. ναρδοστάχυος ἑ. ς'. [κόστε ἑ. γ'. φύλλε ἑ. η'.] ἀμώμε ἑ. γ'. κὴ ταῦτα ἰδία κόπτε. μαστίχης ἑ. δ'. τῆτο ἰδία σὺν θυείᾳ τρίβεται. σύρακος ἑ. ι'. ὁ σύρακξ, κὴ μικρὸν ἐπεμβάλλε τοῖς τραγήμασιν σὺ τῇ θυείᾳ, τερεβινθίνης λί. κ'. μέλιτος ἀττικῆ λί. ε'. οἴνε παλαιῆ τὸ ἀρκῶν ἐς τὸ ἀποῤῥέξαι τὰ τραγήματα. σκύαζε καθαρῶς ἐπιμελῶς ἀναλαμβάνων τῷ μέλιτι.

dine, ex oxymelite mero, cyathis tribus, 7 ischiadicis, inteſtinorum dolore vexatis, lupini magnitudine in decocto pæoniæ, à prima luna uſque ad extremam: 8 à larvis dæmoniisque occupatis, nucis ponticæ magnitudine, in lacte aſinino: 9 quartana laborantibus ex aceto mulſo, deſinente luna.

11. Calami aromatici, junci odorati, ſabinæ, ſingulorum triens: ſeminis viticis, cardamomi, cyperi, crocomagmatis, ſingulorum quincunx, nardi celticæ ſelibra, aſpalathi ſeptunx, ammoniaci uncia, pilularum cupreſſi quadrans, [roſarum quadrans,] ladani, myrrhæ, thuris, ſingularum libra, baccæ juniperi minoris quadraginta: hæc ſimul privatim, fundito: ſpicæ nardi ſelibra, coſti triens, folii bes, caſiæ ſelibra, amomi quadrans, hæc quoque privatim tundito: maſtiches triens, & hoc ſeorſum in mortario teritur: ſtyracis dextans, ſtyrax paulatim, belrariis in mortario adjicitur: terebinthinæ libræ tres, mellis attici libræ quinque, vini veteris quod ad bellaria maceranda ſatis eſt, munde & ſedulo melle excipiens confice.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ, ἐκ τῶν τοῦ ΝΙΚΟΛΑΟΥ Ἀ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ περὶ συνθέσεως φαρμάκων Α. τομ. ϛ'.

HIPPOCRATIS ANTIDOTVM, ex NICOLAI ALEXANDRINI. de Comp. medic. l. 378. *Leonh. Fuchsio interprete.*

ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ Ἱπποκράτους. [2] πιθανὰ πρὸς πάνθ' ἁπλᾶ, μάλιστα γυναικῶν φθισικῶν, αἱμοπτοϊκῶν, πλευριτικῶν. [3] ἔχει κυμίνου ἑλληνικοῦ πυλαιοῦ δραχ. ας'. πετροσελίνου μακεδονικοῦ, ὀπίου, καστορίου, ἀνὰ δραχ. α'. ἄσαρου, κρόκου, στύρακος καλαμίτου ἀνὰ δραχ. ας'. ναρδοστάχυος, κασίας, ἀνὰ δραχ. α'. μέλιτος ἀττικοῦ ἢ σάκχαρ τὸ ἀρκοῦν. [4] ἡ δόσις, τοῖς μὲν ἀπυρέτοις, μετ' οἴνου παλαιοῦ· τοῖς δὲ πυρέττουσι μεθ' ὕδατος δυκράτου.

ANTIDOTVM Hippocratis, faciens ad omnia mala: [2] præcipue vero ad tabidos, sanguinem spuentes, & pleuriticos. [3] Habet cumini græci veteris drachmam unam semis, petroselini macedonici, opii, castorii, singulorum drachmam unam, asari, croci, styracis calamitis, singulorum drachmam unam semis, spicæ nardi, casiæ, singulorum drachmam unam, mellis aut sacchari quod satis. [4] Datur carentibus febre cum vino veteri: febricitantibus autem cum aqua temperata.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΙΗΤΡΕΙΟΝ.

HIPPOCRATIS OFFICINA MEDICI.

Basil. græc. Foesius sect. VI. f. 740. Basil. lat.

pag 502 ΟΜΟΙΑ ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς, [2] ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν ῥηϊστων, [1] ἀπὸ τῶν πάντη πάντως γιγνωσκομένων, [3] ἅπερ ἰδεῖν, καὶ ἁψασθαι, καὶ ἀκοῦσαι ἔστι. [4] ἃ δὲ τῇ ὄψει, καὶ τῇ ἁφῇ, καὶ τῇ ἀκοῇ, καὶ τῇ ῥινὶ, καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ τῇ γνώμῃ ἔστι αἰσθέσθαι. [5] ἃ καὶ οἷς γιγνωσκόμενα πᾶσίν ἐστι γνῶναι. [6] τὰ δ' ἐς χειρουργίαν καὶ ἰητρεῖον· [7] ὁ ἀσθενέων, ὁ δρῶν, οἱ ὑπηρέται, [8] καὶ ὅσα νᾶ, [9] τὰ

AUT similia, aut dissimilia, à principio, [2] à maximis, à facillimis, ab his quæ undiquaque penitus cognoscuntur: [3] quæ & videre, & tangere, & audire licet: [4] quæ & visu, & tactu, & auditu, & naribus, & lingua, & intelligentia sentire licet: [5] quæ & quibus cognoscuntur, omnibus cognoscere licet. [6] Quæ vero ad chirurgiæ officinam: [7] ægrotans, agens, ministri, [8] instrumenta, [9] lu-

9 τὸ φῶς. 10 ὅκῃ, ὅκως, ὅσσε· 11 οἷς, ὡς, ὁκότε. 12 τὸ σῶμα, τὰ ἄρμαθ. 13 ὁ χρόνος, ὁ τρόπος, ὁ τόπος. 14 ὁ ἁρῶν, ἢ καθήμενος, ἢ ἑστεὼς, ξυμμέτρεως πρὸς ἑωυτὸν, πρὸς τὸ χρηζόμενον, πρὸς τὸν αὐγέα. 15 αὐγῆς μὲν οὖν δύο εἴδεα· τὸ μὲν κοινὸν, τὸ δὲ τεχνητόν. 16 τὸ μὲν οὖν κοινὸν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ τεχνητὸν καὶ ἐφ' ἡμῖν. 17 ὧν ἐκάτερα διττὰς χρήσιας· ἢ πρὸς αὐγέα, ἢ ὑπ' αὐγέα. 18 ὑπ' αὐγέα μὲν οὖν ὀλίγη τε ἡ χρῆσις, καὶ φανὴς μετρίη. 19 τὰ δὲ πρὸς αὐγέα, οὐκ ἐκ τῶν παρεόντων, οὐκ ἐκ τῶν ξυμφερομένων αὐγέων, πρὸς τὸν λαμπρότητα τρέπειν τὸ χρηζόμενον, 20 πλὴν ὁκόσα ἢ λαθεῖν δεῖ, ἢ ὀρθῶς αἰσχρόν. 21 ἕτως δὲ τὸ μὲν χρηζόμενον ἐναντίον τῇ αὐγῇ, 22 τὸν δὲ χρήζοντα ἐναντίον τῷ χρηζομένῳ, πλὴν ὥστε μὴ ἐπιζημιάζειν. 23 ἕτω γὰρ ἂν ὁ μὲν ὁρῶν ὁρώη, τὸ δὲ χρηζόμενον ἔχ ὁρᾶτο.

11. Πρὸς ἑωυτὸν δ', καθημένῳ " πόδες ἐς πλὴν ὦν ἴξιν καὶ ἰγνὺ γένασι, διάστασιν δὲ ὀλίγην συμβεβεώτες· 2 γένασι δ' ὑπανωτέρω βεβώνων, σμικρὸν διάστασιν, ἁρκῶσι, θέσιν καὶ ἐπιθέσιν. 3 ἐμάτιον " εὐσταλέως, εὐκρινέως, ἴσως, ὁμοίως, ἁρκῶσιν, ὤμοισι. 4 πρὸς δὲ τὸ χρηζόμενον, ἔ μὲν πρόσω καὶ ἐγγὺς, καὶ ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἔνθα ἢ ἔνθα ἢ μέσον. 5 ἔ μὲν πρόσω καὶ ἐγγὺς, ὅσον ἁρκῶνες. 6 ἐς μὲν τὸ πρόσθεν, γονάτα μὴ ἀμείβειν· 7 ἐς δὲ τὸ ὄπισθεν, πλευράς. 8 ἔ δὲ ἄνω, μὴ ἀνωτέρω μαζῶν ἄκρας χεῖρας

9 lumen : 10 ubi, quomodo : quot, 11 quomodo, quando : 12 corpus, vasa commoda. 13 Tempus, modus, locus. 14 Agens, aut sedens, aut stans, moderate ad seipsum, ad id quod tractatur, ad splendorem lucis. 15 Lucis igitur species duæ sunt, altera communis, 'altera artifi- 10 cialis. 16 Communis, in nobis non est : artificialis, etiam in nobis est. 17 Utriusque vero duplices usus sunt, aut ad lucem, aut sublucem. 18 Sub lucem, & modicus usus est, & moderatio manifesta. 19 Ad lucem vero, ex præsentibus, ex conferentibus luminibus, ad splendorem convertere oportet id quod tractatur, 20 exceptis his quæ aut latere oportet, aut videre turpe est : 21 ita ut id quod tractatur, ex adverso sit 'luci : 22 qui vero tractat, 15 ex adverso ejus quod tractatur : verum tamen ut ne tenebras inducat. 23 Sic enim & qui agit videre poterit, &, quod tractatur, non videtur.

11. Ad seipsum vero, siquidem sedeat, pedes secundum rectitudinem sursum versus è directo ad genua sint, distantia autem parva in consistendo intercedat. 2 Genua autem superiora sint inguinibus, modice distantia, pro commoda cubiti positione ac appositione. 3 Vestitus 'expedite, distincte, æqualiter, 20 similiter, cubitis, humeris. 4 Ad id vero quod tractatur, ultra & prope, & sursum ac deorsum, & hac aut illac, aut in medio. 5 Ultra quidem & prope termini sunt cubitorum gibbi, 6 ita ut in anteriorem partem non excedant genua, 7 in posteriorem costas. 8 Sursum vero, ut non supra mammas, sum-

ρας ἔχειν. 9 Ὑ δὲ κάτω, μὴ κατωλέρω, ἢ ὡς τὸ στῆθος ἐπὶ γόνασιν ἔχειν ἄκρας· χεῖρας ἐγγωνίους ὡσὲ βραχίονας. 10 τὰ μὲν κῦ μέσον ὕπως. 11 τὰ δὲ ἔνθα ἢ ἔνθα, μὴ ἔξω τῆς ἕδρης, 12 κῦ λόγον δὲ τῆς ἐπιστροφῆς ὡσβαλλόμενον τὸ σῶμα· καὶ Ὑ σώματος τὸ ἐργαζόμενον. 13 " ἑστεῶτα δὲ δεῖ καὶ ἐπ' ἀμφοτέρων βεβαῶσθαι ἐξ ἴσης τῶν ποδῶν ἄλις· 14 ἀγεῖν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἐπιβεβαῶσθαι, μὴ τῷ κῦ τῷ ἀγοῦσιν χεῖρα, 15 ὕψος γενικὸν ὡσὲ βεβῶνα, ὡς ἂν ἕδρη. 16 καὶ τὰ ἄλλα ὅρια τὰ αὐτά. 17 ὁ δὲ χειζόμενος τῷ χειζονὶ τῷ ἄλλῳ Ὑ σώματος μέρει ὑπηρετείτω, ἢ ἑστεώς, ἢ καθήμενος, ἢ κείμενος, ὅκως ἂν ῥᾴιστα ὦδε ὡς χῆμα ἔχων ἀφατελές, 18 φυλάσσων ὑπόῤῥυσιν, ὑπόστασιν, " ἕλκεψιν, κήλανσιαν, 19 ὡς, ὃ δεῖ, σώζεται καὶ χῆμα καὶ εἶδος Ὑ χειζομένου, 20 ἂν παρέξῃ, ἂν χειζωμένῳ, ἂν σῇ ἕπηται ἕξει. 21 ὄνυχας μήτε ὑπερέχειν, μήτε ἐλλείπειν δακτύλων κορυφῆς. 22 ἐς χρῆσιν ἀσκεῖν, δακτύλοισι μὲν ἄκροις, τὰ πολλὰ λιχανῷ ὡσὲ μέγαν· 23 ὅλη δὲ καταπρηνεῖ· 24 ἀμφοτέρῃσι δὲ ἀναπλήσει. 25 " δάκτυλον σκαφυλῶσαι μέγα τὸν ἐν μέσῳ τῶν δακτύλων, καὶ ὑπεναντίον τὸν μέγαν τῷ λιχανῷ. 26 " νόσος δέ, δι' ἣν καὶ βλάπτονται, οἷσιν ἂν χλυέτησιν [ἢ] ἂν τροφῆς εἴδησιν ὁ μέγας ὑπὸ τῶν ἄλλων δακτύλων κατέχεσθαι. 27 τὰ ἔργα πάντα ἀσκεῖν ἐναντίως ἐργάζεσθαι, καὶ ἀμφοτέρωσιν ἅμα. 28 " ὁμοίων γὰρ ἐόντων ἀμφό-

mas manus habeat. 9 Deorsum, ut non inferius quam ut ubi pectus ad genua habet, ' summas manus angulares ad brachia figuret, 10 & in medio quidem hoc modo se habet. 11 Hac vero aut illac, ut non extra sedem: 12 sed pro ratione conversionis & corpus, & operantem corporis partem producat. 13 Si vero stet, utrisque pedibus ex æquo insistere satis est. 14 Agere vero oportet ita ut altero pede inscendat, non eo qui est ad manum agentem, 15 genu ad inguen sublato, velut in sede, 16 sed & alii termini iidem sunt. 17 At qui ' tractatur, reliqua corporis parte tractanti inserviat, aut stans, aut sedens, aut decumbens, quo quam facillime ita velut figuram habens perseveret, 18 servans subfluxionem, subsidentiam, eversionem, declivitatem. 19 Sic quæ debet servatur & figura, & forma ejus qui tractatur, 20 in exhibitione, in tractatione, in habitu postea sequente. 21 Ungues neque præminere oportet, neque deficere. 22 Digitorum vertices ad usum exercere, digitis ' quidem summis pleraque, indice ad magnum admoto. 23 Tota vero manu prona, 24 ambabus autem adversis. 25 Digitos generose extendere cogit magnum quiddam in medio digitorum positum, & oppositum facere magnum digitum indici. 26 Morbum autem esse manifestum est, per quem etiam læduntur hi quibus ex nativitate, & educatione, assuevit magnus digitus ab aliis contineri. 27 Opera omnia exercere oportet utrisque seorsum agendo, & ' ambabus simul. 28 Similes enim sunt, am-

ἀμφότερα. [29] ταχαζόμενον ἀγαθῶς, καλῶς, ταχέως, ὀπόνως, εὐρύθμως, εὐπόρως.

III. Ὄργανα μὲν, καὶ ὅτε καὶ ὡς, εἰρήσεται. [2] ὅπου δεῖ, μὴ ἐμποδὼν τὸ ἔργον, μήτε σκοποῦντι τῇ ἀναγκαίῃ. [3] ὠφελεῖ τὸ ἐργαζόμενον δὲ καὶ σύμπασης ἕξεως. [4] ἄλλος δὲ, λύειν δίδου, ἑτοίμως ὀλίγῳ πρότερον ἔχων. [5] ποιείτω δὲ, ὅταν κελεύσῃς. [6] οἱ δὲ πρὸς τὸν ἀσθενοῦντα, τὸ μὲν χειρίζόμενον παρεχόντων ὡς αὐ δοκῇ, [7] τὸ δὲ ἄλλο σῶμα κατεχόντων ὡς ὅλον αὖ ἀτρεμίᾳ, σιγῶντες, ἀκούοντες καὶ ἑφεσῶτος. [8] ἐπιδέσεως δύο εἴδεα, ἐργασθέν καὶ ἐργαζόμενον. [9] ἐργαζόμενον μὲν, ταχέως, ὀπόνως, εὐπόρως, εὐρύθμως. [10] ταχέως μὲν, ἀνύειν τὰ ἔργα. [11] ὀπόνως δὲ, ῥᾳδίως ἄγειν. [12] εὐπορίη δὲ ἐς πᾶν ἑτοίμη. [13] εὐρυθμίη δὲ, ὀφθαλμῷ ἡδέως. [14] ἀφ' ὧν δὲ ταῦτα ἀσκήματων, εἴρηται. [15] ἐργαζόμενον δὲ, ἀγαθῶς, καλῶς. [16] καλῶς μὲν, ἀσφαλῶς, εὐκρινέως. [17] ἢ ὅμοια ἢ ἴσα, ἴσως καὶ ὁμοίως, [18] ἢ ἄνισα καὶ ἀνόμοια, ἀνίσως καὶ ἀνομοίως.

IV. Τὰ δὲ εἴδεα ἁπλᾶν, εὐκυκλον, [11] σκέπασμον, σιμὸν, ὀφθαλμὸς, ῥόμβος, ὀκ [11] ἡμίτομον. [2] ἁρμόζον τὸ εἶδος τῷ εἴδει καὶ τῷ πάθει καὶ ἐπιδεομένῳ. [3] ἀγαθῶς δὲ δύο εἴδεα καὶ ἐπιδεομένῳ· [4] [11] ἰσχύος μὲν, [1] ἢ πιέζει ἢ κατέχει ὀθονίων. [5] [11] τὸ μὲν οὖν αὖ αὐτὸ ἡ ἐπίδεσις ἴσχυσε. [6] τὸ δὲ τοῖς ἰατρεύουσιν ὑπηρετεῖ. [7] ἐς μὲν οὖν ταῦτα νόμος. [8] ἐν δὲ τούτοισι μέγιστα

ambabus [29] conjectando bene, pulchre, cito, non laborioſe, concinne, expedite.

III. Inſtrumenta quidem, & quando, & qualiter dicetur. [2] Ubi oportet, ut ne quid impediat opus, neque impedimento ſit inter accipiendum [3] circa operantem corporis partem. [4] Si vero alius det, paulo prius paratus ſit, [5] & faciat ubi juſſeris. [6] Qui vero circa ægrotantem ſunt, id quod tractatur exhibeant [1] prout viſum fuerit. [7] Reliquum autem corpus detineant, ut totum quieſcat, tacentes, & præfecto obedientes. [8] Deligationis ſpecies duæ ſunt, quæ facta eſt, & quæ adhuc fit. [9] Quæ adhuc fit, cito, non laborioſe, expedite, concinna. [10] Cito quidem, perficiendo opera. [11] Non laborioſe, facile agendo. [12] Expeditio vero ad omnia parata eſt. [13] Concinnitas autem jucunda aſpectu eſt. [14] Ex quibus vero exercitationibus [1] hæc contingant, dictum eſt. [15] Quæ facta eſt, bene, pulchre. [16] Pulchre quidem, ſimpliciter, diſtincte: [17] aut ſimilia ac æqualia, æqualiter ac ſimiliter: [18] aut inæqualia ac diſſimilia, inæqualiter ac diſſimiliter.

IV. Species vero hæ ſunt, ſimplex, rotunda in orbem, aſcia, ſima, oculus, rhombus, & ſemiſecta: [2] ita ut ſpecies congrua ſit ſpeciei & affectioni ejus quod deligatur. [3] Ejus vero quod bene deligatur, [1] duæ ſunt ſpecies, [4] roboris quidem, aut compreſſione, aut copia linteorum: [5] & partim quidem ipſa deligatio ſanat, [6] partim curantibus inſervit. [7] Ad hæc igitur lex hæc eſt. [8] In his autem ma-

γισα ἐπιδέσεως. 9 πίεξις μὲν, ὥστε τὰ ἐπικείμενα μὴ ἀφεστάναι, μηδὲ ἐρηρεῖσθαι· 10 " ἀλλὰ ἠρμόσθαι μὲν, προσκλωσκώσθαι δὲ μή. 11 ἧσσον μὲν τὰ ἔσχατα, ἥκιστα δὲ τὰ μέσα. 12 ἄμμα καὶ ῥάμμα νεμόμμον, μὴ κάτω, ἀλλ' ἄνω, ἐν παρέξει, " καὶ ἑξῆς, καὶ ἐπιδέσει, καὶ πίεξει. 13 ἀρχὰς βάλλεσθαι " μὴ ἐπὶ τὸ ἕλκος, ἀλλ' ἔνθα ἢ ἔνθα τὸ ἄμμα. 14 τὸ δὲ ἄμμα, μήτε ' ἐν τρίβῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐκεῖσε, ὅκου κενεόν. 15 " ὡς μὴ ἐς τὸ κενεὸν κέσηται. 16 ἄμμα δὲ καὶ ῥάμμα μαλθακὸν, ἢ μέγα. 17 δεῖ γε μὲν ἐστι γνῶναι, ὅπ ἐς τὰ καθαίνοντα καὶ " τὰ ἀπόξυφοδυγῆ πᾶς ἐπίδεσμος· 18 οἷον κεφαλῆς μὲν τὸ ἄνω, κνήμης δὲ τὸ κάτω.

v. Ἐπιδεῖν δεξιὰ ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ ἀριστερὰ ἐπὶ δεξιὰ, 2 πλὴν τῆς κεφαλῆς. 3 " ταύτην δὲ καθ' ἓξιν. 4 τὰ δὲ ἐναντιώτατα, ἀπὸ δύο ἀρχέων. 5 ἰὼν δὲ ἀπὸ μιῆς, ἐφ' ὅπερ ὅμοιον ἐς τὸ μόνιμον· 6 οἷον τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. 7 τὰ δὲ κινούμενα, ' οἷον ἄρθρα, ὅπη μὲν συγκάμπτεται, ὡς ἥκιστα καὶ ἀτελέστατα περιβάλλειν· οἷον ἰγνύην. 8 ἢ ὃ περιτείνεται, ἀπλᾶ τε καὶ πλατέα· οἷον ἡ πύλη. 9 προσβαλεῖν δὲ, καταλήψιος μὲν τῶν προκειμένων ἕνεκα· 10 ἀναλήψιος δὲ, τῆς σύμπαντος ἐπιδέσμου, ἐν τοῖσιν ἀτρεμέουσι καὶ λαπαρωτέροισι τοῦ σώματος· οἷον τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τοῦ γονάτου. 11 " ὁμολογεῖ δὲ, ὦμος μὲν, ἡ πρὸς τὸν ἕτερον μασχά-

xima deligationis vis est. 9 Compressio quidem, ut incumbentia non abscedant, neque penitus innitantur: 10 sed sint quidem firmata, non autem coacta: 11 & minus quidem extrema, minime vero media. 12 Nexus & filum 'procedant non deorsum, sed sursum, in exhibitione, & præparatione, & deligatione, & habitu postea sequente. 13 Initia non super ulcus injicere oportet, sed hinc aut illinc facere nexum. 14 Nexum vero neque in semita, neque in opere, neque illic ubi inane est, 15 ut ne in vanum jaceat. 16 Nexum autem & filum, mollia non magna. 17 Hoc tamen probe nosse convenit, quod omnis deligatio ad declivia & acuminata 'fugit, 18 velut in capite, ad partem supernam: in tibia, ad infernam.

v. Deligare oportet dextras partes, in sinistras: & sinistras, in dextras: 2 excepto capite. 3 Hoc vero secundum rectitudinem. 4 Verum contraria ex duobus initiis. 5 Si vero ex uno, ad id quod simile est, ad subtilitatem: 6 velut est media pars capitis, & si quid aliud hujusmodi. 7 Quæ vero moventur, velut articuli, qua quidem parte inflectuntur, quam minimis ac 'expeditissimis linteis obvolvere oportet, velut poplitem: 8 qua vero circumtenduntur, expassis ac latis, velut est patella. 9 Circumdare quoque insuper oportet, comprehensionis quidem gratia eorum quæ circa hæc sunt, 10 appensionis vero universi deligamenti, in quiescentibus & depressioribus corporis partibus, qualis est & supra & infra genu. 11 Convenit autem in humero quidem, circumdu-

μαχάλλω περιβολή· [12] βυβῶνος δὲ, ἡ περὶ τὸν ἕτερον κενεῶνα. [13] καὶ κνήμης, ἡ ὑπὲρ γαστροκνημίης μὲν, ὀκόσοισι μὲν ἄνω, ἡ φυγὴ, κάτωθεν ἡ αὐτάληψις· οἷσι δὲ κάτω, τοὐναντίον. [14] οἷσι δὲ μὴ ἔστιν, οἷον ἡ κεφαλὴ, τετέων ἐν τῷ ὁμαλωτάτῳ τὰς καταλήψιας ποιέεσθαι, [15] καὶ ἥκιστα λοξῷ τῷ ἐπεδέσμῳ χρέεσθαι, [16] ὡς τὸ μονιμώτατον, ὕστατον περιβληθὲν τὰ πλαινοτάτα κατέχῃ. [17] ὀκόσοισι δὲ μὴ δύνανται ὁμαλῶς τοῖσιν ὀθονίοισι, μὴ δὲ δύνανται ἁπλῶς ἔχειν, [18] ῥάμμοισι τὰς ἀναλήψιας ποιέεσθαι ἐκ καταβολῆς ἢ ξυῤῥαφῆς.

VI. Ἐπιδέσματα καθαρὰ, κάφα, μαλθακὰ, λεπτά. [2] ἑλίσσειν δὲ ἀμφοτέρησιν ἅμα, καὶ ἐκτείνησιν χρῆις, ἀσκέειν. [3] τῇ περιτροπέσῃ δὲ ἐς τὰ πλάτη καὶ τὸ πάχος τῶν ὀθονίων τεκμαιρόμενον χρέεσθαι. [4] ἑλίξιος κεφαλαὶ σκληραὶ, ὁμαλαὶ, διηρτημέναι. [5] τὰ δὲ δὴ μέλλοντα ἀποπίπτειν κακίω ταχέως ἀποπεσόντων. [6] τὰ δὲ μήτε πίπτειν, μήτε ἀποπίπτειν. [7] ὧν δὲ ἕνεκεν ἡ ἐπίδεσις, ἡ ὑπόδεσις, ἡ ἀμφότερα. [8] ὑπόδεσις μὲν αἰτίη, ὥστε ἢ ἀφεσῶτα περιείλαι, ἢ σπασθέντα μὲν συνεῖλαι, ἢ ξυνεσταλμένα διαστεῖλαι, ἢ διεστραμμένα διορθῶσαι, ἢ πάντα. [9] προσκοιμάζειν δὲ ὀθόνια κάφα, λεπτὰ, μαλθακὰ, καθαρὰ, πλατέα, [10] μὴ ἔχοντα ξυῤῥαφὰς, μήτε ἐξάσεις, [11] καὶ ὑγιέα, ὥστε πάντα φέρειν, καὶ ὀλίγῳ κρείσσω, [12] μὴ ξηρὰ, ἀλλ'

ctio circum alteram alam : [12] in ′inguine vero, circum alteram lateris mollitudinem : [13] in tibia, supra suram, & quibuscunque sursum contingit fuga, his inferne appensio convenit : quibus autem deorsum, vice versa. [14] Quibus vero non est, velut in capite, his in æqualissima parte comprehensiones facere oportet, [15] & minime obliquo deligamento uti. [16] Nam stabilissimum postremum circumdatum, vel maxime vagabunda continet. [17] Quibuscunque autem neque ′comprehensio, neque appensio linteorum, commode se habet : [18] his per fila appensiones facere convenit, ex injectione, aut consutione.

VI. Deligamenta sint pura, levia, mollia, tenuia. [2] Obvolvere vero oportet ambabus simul, aut utrisque seorsum exercere. [3] Conveniente autem deligatione uti, conjectura ad latitudinem ac crassitudinem partium facta. [4] Obvolutionis capita dura, æqualia, distincta sint. [5] In ′quibus autem futurum est ut decidant, ea pejora sunt, quam si cito decidant. [6] Quædam vero sunt ejusmodi, ut neque comprimere, neque decidere oporteat. [7] Quæ vero spectat deligatio, aut subligatio, aut ambo, hæc sunt. [8] Subligatio quidem in causa est, ut aut disparata attrahantur, aut expassa contrahantur, aut contracta diducantur, aut distorta dirigantur, aut vice versa. [9] Præparare autem oportet ′linteа levia, tenuia, mollia, pura, lata, [10] non consuta, neque extuberantias habentia, [11] & sana, ut extensionem ferant, & paulo præstantiora, [12] non ficca, sed

ἀλλ' ἔγχυμα χυμῷ, ᾧ ἔκασα ξυντροφα. [13] ἀφεστέον μὲν, ὥστε τὰ μελέσρα τῆς ἕδρης ψαύειν μὲν, πιέζειν δὲ μή.

VII. Ἀρχεσθαι δὲ χρὴ τοῦ ὑγιέος [καὶ] πλησίον τοῦ ἕλκεος. [2] ὥστε τὸ μὲν ὑπολειπόμενον ἐξαφέλησθαι, ἕτερον δὲ μὴ ἐπιξυλλέγησθαι. [3] ἐπιδεῖν [δὲ] τὰ μὲν ὀρθὰ, ἐς ὀρθόν· τὰ δὲ λοξὰ, λοξῶς. [4] ἐν σχήματι δὲ πόνου, ἐν ᾧ μήτε ἀποσφιγξις μήτε ἀπόσασις ἔσται πις. [5] ἐξ οὗ, ὅταν μεταλλάσσῃ ἐς ἀνάληψιν ἢ ἕσιν, μὴ μεταλλάξωσιν, ἀλλ' ὁμοίως τοῦτο ἔχωσι, μύες, φλέβες, νεῦρα, ὀσέα. [6] ἀναλελάμφθαι δὲ ἢ κεῖσθαι ἐν σχήματι πόνου τῷ κατὰ φύσιν. [7] ὧν δὲ αὖ ἀποσῇ, τἀναντία. [8] ὧν δὲ αὖ ἐκπεπλασμένα συγείλαι, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτά· [9] ἐν πολλῷ δέ τινι δεῖ τὸν συναγωγὸν, καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ τὸν πίεξιν, τὸ τελευταῖον ἥκιστα, ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον, ὅλον τὸ μάλιστα τὸ συμψαύειν. [10] ὧν δὲ συγεσταλμένα διαγείλαι· [11] συὸ μὲν φλεγμονῇ τἀναντία· [12] αὐδὲ δὲ τούτου, διαφορεῖσθαι μὲν τῇ αὐτῇ, ἐπιδέσει δὲ ἐναντίῃ. [13] διεστραμμένα δὲ διορθοῦσθαι, τὰ μὲν ἄλλα καὶ τὰ αὐτά· [14] δεῖ δὲ, τὰ μὲν ἀπελκυσθέντα ἐπαγαγεῖν ἐπιδέσει, διαγωγῇ, ἀναλήψει· τὰ δὲ ἐναντία ἐναντίως.

VIII. Σπλῆνος μήκεα, πλάτεα, πάχεα, πλήθεα·

sed succo imbuta singulis affectionibus familiari: [13] ad ea quidem quæ disparata abscesserunt, ita ut sublimis sedem quidem contingant, non tamen comprimant.

VII. Initium autem sumere oportet ex sana parte, & ad ulcus definere, [2] quo id quidem quod subest excoletur, [95] aliud autem non amplius colligatur. [3] Deligare autem oportet recta quidem, in rectum: obliqua vero, oblique: [4] in figura doloris exorte, in qua neque constrictio, neque discessio contingat: [5] ex qua ubi translatio fit ad appensionem, aut positionem, non transmutent, sed similia habeant hæc, musculos, venas, nervos, [33] ossa, & bene posita, & bene de- [34] tenta. [6] Appensa vero aut posita esse convenit, in figura doloris [100] exorte, quæ est secundum naturam: [7] in quibus vero discesserint, vice versa. [8] At quibus expassa sunt, contrahere oportet, quod ad alia quidem attinet eodem modo: [9] ex multo vero temporis spatio interposito contractionem facere oportet, & sensim progressu facto compressionem, primum minime, deinde magis, ita ut terminus quod maxime facta sit, mutuus contactus fiat. [10] Quibus vero contracta sunt, diducere: [11] [105] cum inflammatione quidem vice versa: [12] sine hac autem, præparatione quidem ejusmodi, deligatione vero contraria. [13] Distorta vero dirigere oportet, quod ad alia quidem attinet, eodem modo. [14] Verum quæ quidem abierunt, ea reducere oportet, subligatione, agglutinatione, appensione. Contraria vero contrario modo.

VIII. Spleniorum longitudines, latitudines, crassitudines, mul-

ϑεα· [2] μῆκος, ὅση ἡ ἐπίδεσις· [3] πλάτος τριῶν ἢ τεττάρων δακτύλων· [4] πάχος τρίπλυχα ἢ τετράπλυχα. [5] πλῆθος, κυκλεῦσιν μὴ ὑπερβάλλῃ, μηδὲ ἐλλείπῃ. [6] " οἷσι δὲ ἐς διόρθωσιν, μῆκος κυκλεῦσιν, [7] πλάτος [δὲ] καὶ πάχος τῇ ἐνδείῃ τεκμήρεσθαι, μηδὲ ἀῤῥόα πληρεῦσιν. [8] τῶν δὲ ὀθονίων ὑποδεσμίδες εἰσὶ δύο. [9] " τῇ πρώτῃ ἐκ τοῦ σίνεος ἐς τὰ ἄνω τελευτῶσι· [10] τῇ δὲ δευτέρῃ, ἐκ τοῦ σίνεος ἐς τὰ κάτω. [11] καλῶς τὸ σῖνος πιέζειν μάλιστα, ἥκιστα τὰ ἄκρα, τὰ δὲ ἄλλα καλῶς λόγῳ. [12] ἡ δὲ ἐπίδεσις πολὺ τοῦ ὑγιέος ἀπολαμβανέτω. [13] ἐπιδεσμέων δὲ πλῆθος, μῆκος, πλάτος. [14] πλῆθος μὲν, μὴ ἡσσᾶσθαι τοῦ σίνεος, μηδὲ ὑπερῆξιν ἐνέρσιν εἶναι, μηδὲ ἄχθος, μηδὲ ἀπορῥῖψιν, " μηδὲ ἀπῃλωσιν. [15] μῆκος δὲ καὶ πλάτος, τριῶν ἢ τεττάρων ἢ πέντε ἢ ἓξ πήχεων μὲν μῆκος, δακτύλων δὲ πλάτος. [16] καὶ παρειλίσσεσθαι ἀπόλυσιν τοιαύτην, ὥστε μὴ πιέζειν. [17] μαλθακὰ δὲ, μὴ παχέα. [18] ταῦτα πάντα ὡς ἐπὶ μήκει καὶ πλάτει καὶ πάχει ἔστω.

IX. Νάρθηκες δὲ λεῖοι, ὁμαλοὶ, σιμοί· [2] " κατ' ἄκρα σμικρῷ μείους ἔνθεν καὶ ' ἔνθεν τῆς ἐπιδέσιος· [3] παχύτατοι δὲ, ἢ ἐξήρτηται τὸ κάτημα. [4] " ὅκῃπερ δὲ κυρτὰ καὶ ἄσαρκα φύσει, φυλασσομένων τῶν ὑπερεχόντων, οἷον τὸ καλὸν δακτύλους ἢ σφυρὸν, τῇ θέσει, ἢ τῇ βραχύτητι.

multitudines. [2] ' Longitudo, quanta est deligatio. [3] Latitudo, quatuor aut trium digitorum. [4] Crassitudo, ut triplices aut quadruplices sint. [5] Multitudo, ut dum circundantur, non excedant, neque deficiant. [6] Quibus vero ad directionem, in longitudinem circumdando, [7] latitudinem ac crassitudinem defectu conjectare oportet, ita ut non acervatim expleamus. [8] At vero linteorum subligationes duæ sunt, [9] prima ex loco ' læso ad supernas partes definit: [10] altera ex loco læso, ad infernas. [11] Juxta locum affectum maxime comprimere oportet: minime extremas partes: reliqua vero pro ratione. [12] Deligatio autem multam sani loci partem occupet. [13] Deligamentorum multitudo, longitudo, latitudo. [14] Multitudo quidem, ut ne superetur à loco læso, neque per ferulas illisio fiat, neque pondus, neque circumcirca inclinatio, neque ' effœminatio deligamenti contingat. [15] Longitudo vero & latitudo, trium aut quatuor, aut quinque aut sex cubitorum quidem longitudo, digitorum autem latitudo. [16] Et affulcimenti circumductiones tot sint, ut ne comprimant. [17] Mollia vero & non crassa [18] sint hæc omnia, pro longitudine, & latitudine, ac crassitudine partis affectæ.

IX. Ferulæ porro sint læves, æquales, [2] juxta extremitates simæ, hinc atque ' illinc paulo minores deligatione, [3] crassissimæ autem ea parte qua extat fractura. [4] Quæcunque vero partes incurvæ sunt & excarnes, in his quæ præminent cavendæ sunt, velut circa digitos & malleolos, aut positione, aut brevitate.

χύτηΐι. 5 παχερείζμασι δὲ ἀρμόζειν, μὴ πέζειν τὸ πρῶτον. 6 κηρωτῆ μαλθακῆ " καὶ λείη 41 καὶ καθαρᾶ. 7 ὕδατι θερμότης, ὡλῆσθαι. 8 θερμότης μὲν καθὰ τῆς ἑαυτοῦ χρὸς καθαχεῖν. 9 ὡλῆσθαι δὲ, χαλάσαι μὲν καὶ ἐχνῶσαι, τὸ πλεῖστον ἄρεστον. 10 σαρκῶσαι δὲ καὶ ἀπαλῶσαι, τὸ μέτριον. 11 μέτριον δὲ, ἐν τῇ ' καθαχύσει, ἔτι μελεωρίζομένου, δεῖ, πρὶν συμπίπτειν, παύεσθαι. 12 " τὸ μὲν γὰρ 42 πρῶτον αἴρεται, ἔπειτα δὲ ἐχναίνεται.

x. Θέσις δὲ μαλθακὴ, ὁμαλὴ, ἀνάῤῥοπος τοῖσιν ἐξέχουσι τοῦ σώματος, οἷον πλέυρῃ καὶ ἰσχίῳ· 2 ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκτείνεται. 3 " σωλῆνα παντὶ τῷ σκέλει ἢ ἡμίσει. 4 ἐς τὸ πάθος δὲ βλέπειν καὶ τἄλλα, ὁκόσα βλάπτει δῆλα. 5 πάρεξις δὲ, καὶ ἀφάπυξις, " καὶ ἀνάπαλα- 44 σις, καὶ τὰ ἄλλα καθὰ φύσιν. 6 φύσις δὲ ἐν μὲν ἔργοις, τοῦ ἔργου τῇ πρήξει, ὃ βούλεται, πεκμαρτέον. 7 ' ἐς δὲ ταῦτα, ἐκ τοῦ ἐλιννύοντος, ἐκ τοῦ κοινοῦ, ἐκ τοῦ ἔθεος. 8 " ἐκ μὲν 45 τοῦ ἐλιννύοντος καὶ ἀφιέμενου, τὰς ἰθυωρίας σκέπτεσθαι, οἷον τὸ τῆς χειρός. 9 " ἐκ δὲ τοῦ κοι- 46 νοῦ, ἔκτασιν, σύγκαμψιν, οἷον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἐγκωνίου πήχεος πρὸς βραχίονα. 10 " ἐκ δὲ ἔθεος, 47 ὅτι ἄν ἄλλα σχήματα φέρειν δυνατώτερον, " οἷον σκέλεα ἔκ- 48 τασιν. 11 ἀπὸ τετέων γὰρ ῥᾴστα πλεῖστον χρόνον ἔχοι ἂν μὴ μεταλλάσσοντα. 12 ἐν δὲ τῇ μεταλλαγῇ ἐκ ἀφεστῶτος ὅμοια ταῦτα ἔξε-

vitate. 5 Affulcimentis autem fulcire ac firmare oportet, non comprimere primum. 6 Ceratum molle, & læve, & purum sit. 7 In aqua spectatur caliditas, multitudo. 8 Caliditas, ' ut supra suam ipsius manum medicus affundat. 9 Multitudo, ad laxandum quidem & attenuandum, plurima optima est. 10 Verum ad incarnandum ac molliendum, moderata. 11 Moderatio autem in perfusione ea est, quod dum adhuc attollitur pars, priusquam concidat desistere oportet. 12 Primum enim attollitur: postea vero attenuatur.

